BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
23 G
25

G 25

M

Ex Bibliotheca
PP. Coll. Rom.
Societ. Jesu

13 I H 6. I

Liber, qui Licet impium Hæreticum, Hobbesium nempe, dicat se confutare, attamen multis Anglicanæ Sectæ erroribus scatet; adeoque merito in regulis indicis censeri prohibitus debet, quamvis ignotus forsan Congregationis Patribus in ipso indice non fuerit relatus.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE

II

POLITICA
CONTRACTA
GENERALIS,
NOTIS ILLUSTRATA.

SEU

De *Singulorum* ante imperia inſtituta,
Et *Summarium poteſtatum* inſtitutis
imperiis, cum inter ſe, tum in
ſubjectos,

JURE AC POTESTATE,

Temperatâ ex præceptis naturalibus,
& gentium conventionibus,

TRACTATUS

Brevis & ſuccinctus. Authore

ADRIANO HOUTUYN, JCto.

Accedunt Additiones *ejuſdem Authoris, in quibus principiorum* HOBBESIANORUM *eſt confutatio.*

HAGÆ-COMITIS.
Apud GERARDUM RAMMAZINUM, Fil:
M. DC. LXXXI.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

13.93 G 25

CONTINENTUR
his paginis.

Præmonitio ad Lectorem, in qua diſtinctiones nonnullæ obſervantur.

Introductio de juris & naturæ ſignificationibus.

Politica contracta generalis.

Politica contracta paragraphis diſtincta.

Notæ in ſingulos paragraphos.

Additiones, quibus errores Hobbeſiani confutantur.

Elenchus errorum Hobbeſianorum.

9 3-10

PRÆMONITIO
AD
LECTOREM.

POLITICÆ nomen operi inſcripſi, quod Civitatem ſpectet, & juris ad Civitatem pertinentis regulas contineat. Statum vides initio pacis primævum. Confuſionis deinde & belli, ex vitio humano: Sub utroque jura ſingulorum, poſita ſtatim naturæ lege, quæ recta ratio eſt, damnatâ ſententiâ quæ jus omne ex potentia, appetitu, utilitate determi-

a §.1.*uſq.* 11.

nat a: ibi jus ab lege diſcernas *b*,
Tandem reſtitutum pacis ſtatum

b *d.*§.1.

per imperia inſtituta *c*: ibi jura

c §.11. *uſque* 19.

Majeſtatum, & quæ poteſtas Prin-
cipum: Sub qua periodo accurate
velim juris ſignificationem ab im-
perii, & ejus habendi modo, & im-

d §.28. 94.*n.*7.

perium abſolutum à ſummo, &
pleno diſtinguas *d*: Imperium ad
actiones externas coarctes, & le-

e §.33. *& alibi.*

ge divina in partem contrariam
non definitas *e*. Judicium publi-

f §.34. 69.*n.*8. §.70.87. 93.*n.*6.

cum à privato diſcrimines, & eo
quod rectum ipſius Dei ſit judi-
cio, & ipſo judicandi jure *f*: Re-

g §.63. 64.*& paſſim.*

ligionem internam ab externa, &
publicam a privata diſcerne *g*: Jus

h §.65. *n.*9.*cir.pr.* *n.* 10.11. §.68.*n.*3. *fin.n.*5.*fin.* §.69.*n.*10 §.71.*n.*3. *& alibi.*

Eccleſiæ naturale, & conceſſivum
privatum a conceſſivo publico, &
inde effectus publicos a privatis di-
ſtingue *h*. Poſt Imperium officium
ſubditorum in obedientia cer-

i §.86.

nis *i*: Ibi cave non-obedientiam
cum

cum actu reſiſtentiæ confundas; inde non-obedire licitum, obedire illicitum, reſiſtere illicitum, coactio tamen licita *k*. Sequuntur exceptiones quæ poteſtatem limitant, ex naturæ & divina lege, & poſita imperio conditione *l*: Ibi nota, plus quandoque in lege poſitiva atque naturali eſſe *m*, ne ſub illa quod non liceat, ſub hac non licere putes: A conditionibus tacitis expreſſas diſtingui *n*: Et a jure regni fundamentali leges regni fundamentales *o*: In conditionibus & jure non tranſlato populum perſonam habere *p*. His viſis quid debilitet Majeſtatem vides *q*. Quomodo in imperante imperium deſinat *r*. Quomodo Civitas intereat. Reliqua quæ Politicam hanc lecturus in ipſo quaſi limine ac introitu accuratius velim obſerves, ex Introdu-

k §. 70 *n.* 17. 19. §. 88. §. 93. *n.* 1. 2. 6. *ſeqq.*

l §. 92. 93. 94.

m §. 92. *n.* 8. §. 3. *n.* 4. 7.

n §. 94. *n.* 2. 3.

o *n.* 8. *ead.*

p §. 98. *n.* 2 §. 94. *n.* 9. *med.*

q §. 95. 96.

r §. 97. 98. 99. 100.

ctione diſcas. Sic prælibatis iis quæ omnes ubique per totam viam ſcopulos removent, tutior in ipſam Politicam ingredieris, ac progredieris. Quid in ea præſtiti videbis, judicium feres. Si non ingratus labor fuerit, Politicam promitto ſpecialem, quæ tranſlatio ſeu applicatio erit generalis, eodem ordine, totidemque numeris diſtincta, ad Hollandiæ particularem, ab ipſis reipublicæ deducta primordiis, vel ipſo Gentis initio plura ante ſecula, ex Hiſtoriis, & monumentis antiquis, Illuſtriſſimorum imprimis & Magna Potentium ORDINUM reſolutionibus, placitis, diligenter & accurate contractam. Hac interim fruere. Si quid humani in ea admiſſum, ignoſce. & VALE.

IN-

INTRODUCTIO
IN
POLITICAM GENERALEM
De *Naturæ* & *Juris* ſignificationibus.

SUMMARIA.

Significat natura ſtatum pactis omnibus, & inſtitutis imperiis priorem. 2. *Sub natura lege, qui pacis primo, deinceps belli fuit. Vel perfectiſſimus ante lapſum, vel depravata ratione minus perfectus poſt lapſum.* 3. *Idemque quod lex naturalis.* 4. *Saltem quod recta rationi non repugnat.* 5. *Quandoque æqualitatem perſonarum, rerum, actionum, quæ facultas dicitur.* 6. *Quandoque affectus, etiam vitioſos.* 7. *Nonnunquam uſum & functionem partium corporis humani, & cujuſcunque individui naturalis.* 8. *Quandoque & hominem.* 9. *Nonnunquam diſciplinæ opponitur.* 10. *Et ei quod induſtriam requirit.* 11. *Et ope indiget alterius.* 12. *Nonnunquam pro moribus & conſuetudine accipitur.* 13. *Quandoque pro Deo ponitur.* 14. *Etiam*

pro toto univerſi ordine. 15. *Contra naturam quod ſit ex oppoſitis colligitur.*

§. 2. *Jus* Obligativum *eſt ſeu* Præceptivum. 2. *Quod naturale, & divinum, & gentium univerſale ſeu omnium commune.* 3. *Eſt &* Permiſſivum *ſeu* conceſſivum. 4. *Idem naturale & divinum, & gentium univerſale ſeu commune.* 5. *Hinc juris Naturalis, & Divini ſpecies, præceptivum, & permiſſivum.* 6. *Ex utraque ſpecie jus* poſitivum, *idque divinum & humanum.* 7. *Hoc civile unius gentis.* 8. *Vel plurium gentium citra obligationem.* 9. *Vel ex communi obligatione.* 10. *Et hoc imperativum, vel interveniens.*

§. 3. *Aliter jus* LEX *eſt, &* FACULTAS *faciendi ex potentia, voluntate, appetitu, ante legem.* 2. *Poſita lege facultas habendi & faciendi* JUSTE, *ſub qua imperii jus venit, & omne quod in rem, & in perſonam dicitur; quæ juſtitiæ expletricis ſunt.* 3. JUSTUM *regulas habet Naturales, unde jus naturale.* 4. *Divinas, unde jus divinum.* 5. *Humanas, unde jus humanum.* 6. *Idque inter gentes ex conſenſu, unde jus gentium.* 7. *Vel non interveniente conſenſu, quod plurium gentium diſtributivum.* 8. *Vel in Civitate, unde jus proprie civile venit.* 9. *Quod extra has eſt leges, Libertas dicitur, & electio, & ipſum jus. Inde facultas ſecundum leges, & extra leges.* 10. *Voluntarii ſeu poſitivi a naturali diſtinctio.* 11. *Quod ſecundum leges, etiam Æquitas dicitur, & ipſa jus.* 12. *Quamquam & æquum à jure differat.* 13. *Dicitur & improprie jus quod impune fit,*

rectius

rectius licitum. 14. *Et jure fieri cum agentem jus ipſum excuſat.* 15. *Et jus quod injuſtum non eſt.* 16. *Quandoque & pro facto.* 17. *Et juſtum pro ſolenni.* 18. *Potiſſimum autem pro* LEGE, *&* FACULTATE *ſeu jure non impedito accipitur.*

§. 4. *Virtus legum vetare, jubere eſt.* 2. *Quâ nota a conſilio differt.* 3. *Divinarum & naturalium immutabiliter.* 4. *Quid lex naturalis.* 5. *Circa Dei cultum.* 6. *Circa hominum officia inter ſe.* 7. *Ea cujuſque privati judicio æſtimatur.* 8. *Non aliarum, vel plurium, vel moratiorum gentium.* 9. *Ejus virtus obligativa in naturæ ſtatu ſingulos, qua ratione præditos, qua Deo ſubjectos, qua homines, unde jus naturale hominum.* 10. *Et principes & gentes.* 11. *Unde jus principum, gentium, & inter gentes dictum.* 12. *Juris hujus regulæ.* 13. *Jus naturale quatenus Civitatem ſpectet.* 14. *Jus proprie Gentium non dicitur, niſi quatenus aliquid a naturali diverſum habet.* 15. *Obſervantia ejus ex pacti fide inter omnes, vel moratiores, taciti quam expreſſi magis, & n.* 18. 16. *Unde quod cum hac & illa gente expreſſe convenit non jus gentium ſtatim.* 17. *Nec quod apud plures ſervatur extra obligationem communem.* 18. *Sed quod ex obligatione communi per longi temporis uſum.* 19. *Eſt fere in bello & pace omne: ejus cauſa metus, & indigentia.* 20. *Jus publicum dicitur.* 21. *Quod & legi civili ſuo ſenſu accommodatur.* 22. *Juris autem quæſtio a prudentiæ diſtinguenda, & facto, & juris exercendi modo.*

INTRODUCTIO.

PLacuit nempe Politicam per *Naturæ* & *Juris* ſignificationes introducere, cum fallere ſæpius eæ voces, vel ſuſpenſum tenere lectoris judicium poſſint; ad intelligentiam tamen principiorum politicorum ut nihil æque neceſſariæ. Utraque ſignificationes habet diverſas. Significat enim Natura *ſtatum* hominis naturalem, pactis omnibus, & inſtitutis imperiis priorem, ſub na- 1. 2.
a §. 3. n. 1. turæ lege, qui (a) pacis primo ex præcepto Dei naturali, deinceps belli (b) ex vitio hu-
b §. 8. 9. 10. mano fuit: neque enim ſtatus datur ante vel extra naturæ legem (c). idem ſtatus ante in-
c §. 2. ſtituta imperia perfectiſſimus ante lapſum, minus perfectus depravata ratione poſt lapſum, quem utrumque diſcutiendum Theologis relinquemus. Sæpe idem ſignificat 3.
quod *lex* naturalis, cum præcipiente vel vetante naturâ fieri dicuntur, quæ fieri vel non fieri per legem naturalem debent: lex autem cum neceſſitatem imponat immutabilem, præcepta per eam vel vetita, neceſſaria & neceſſitatis moralis & naturalis appellamus. Cui proxima ſignificatio, ſi in concurſu legum naturalium eam *quæ fortior* eſt, vel è duobus pluribuſve poſitis, *quod melius*, minuſve malum ſequamur, cum & hæc per naturam & ex

4.rectæ rationis dictamine facere dicimur. Sic & naturâ fieri, ſi actus rectæ rationi ſaltem *non repugnent*; in quibus cum libertas ſit aliqua, vel naturalis vel moralis, *permittens* (d) lex dici cæpit, & permittente jure fieri, cujus contrarium eodem non exigitur. Unde *licitum*, quia medium inter juſtum & injuſtum facit, eo quod ſit non injuſtum (e).

d *Inf. hic* §. 3. *n.* 9.

e *n.* 15. *eod.*

5.Quandoque & *æqualitatem* ſignificat eam in qua homines natura produxit: neſcia natura diſtinguere gradus non huic magis, quam illi tribuit: eaque *omnimoda* eſt æqualitas. Statim autem patris conditio cum filiis non æqualis fuit, cum imperio emineret: reſpectu non eminentiæ ſtatus æqualis inter liberos fuit; deinceps inter familias; & ſingulos inter ſe è familiis, exceptis patribus in familia, uſque ad imperia civilia inſtituta: quæ æqualitas *perſonarum* & *juris* etiam dicetur. Nam & *bonorum* æqualitatem appellamus, ante diſtributiones factas, quouſque communio quædam manſit, reſpectu communium: quamquam & rectè naturæ ſtatum dixeris, introductis jam dominiis, ante imperia. (f) *Actionum*, dum uni plus quam alii non licuit, ſi patres excipias in imperii actibus. eaque agendi æqualitas *jus* dicitur, & facultas, de

f §. 3. *n.* 15. *fin.*

6.qua ſub (g) juris ſignificatione. Quandoque & pro *impulſu*, *inclinatione*, *&* *affectibus* nu-

7.dis, etiam vitioſis accipitur. Etiam pro *actione*, *facto*, *uſu*, *functione* cujuſque partis corporis

g *Infr. hic.* §. 3. *n.* 1. *&* *ſeqq.*

poris humani, alteriuſve individui naturalis,
quæ propria cuique a natura aſſignata eſt:
quo ſenſu natura brutis cum homine commu-
nis. Quandoque & pro *ipſo homine* accipitur, 8.
ita cœpiſſe cum natura humana dicetur, quod
cum homine cœpit. Quandoque & *diſciplinæ* 9.
opponitur, & *induſtriæ*, & *facto* vel *auxilio hu-* 10.
mano, quo ſenſu venire naturaliter fructus in 11.
jure dicuntur, quod vi ſua, & ingenita virtu-
te proveniant: ſic & a natura pulchritudo, ro-
bur, deformitas, & quæ plura hujuſmodi.
Quandoque & pro eo quod receptum populo 12.
moribus eſt, aut conſuetudine probatum (h).
Eſt autem recta ſignificatio, quæ *Deum* na- 13.
turæ authorem; generaliſſima, quæ totum 14.
univerſi ordinem deſignat: at impia, quæ hanc
ipſam Deum ſtatuit, alium præter ipſam non
agnoſcit. Quæ contra naturam fieri dicenda 15.
ex oppoſitis liquet. maxime autem contra
naturam facere dicitur qui lædere vel evertere
(i) ſocietatem humanam, etiam ſimplicem,
nititur, & cujus actus a ſe, vel naturâ poſito
fini vel ordini adverſantur.

§. II. Juris diſtributionem quod attinet,
alii aliam faciunt. Vir doctiſſimus Johannes
Seldenus diſtributione generaliſſima jus du-
plex fecit, ex qua duplici tertiam colligit ſpe-
ciem. Primo nempe ut *Obligativum* vel *præ-*
ceptivum ſit, quale naturale & divinum, ex 1.
præceptis naturalibus & divinis cum jubenti- 2.
bus tum vetantibus: utrumque gentium uni-

h *Ut l. 16. §. 4. locat. l. 7. d. R. J.*

i *§. 3. n. 7.*

verſale

verſale & commune appellat, quia omnes gentes obligat: idque immutabile, ſed quod incrementa & additiones recipiat, quibus
3. firmius ac decentius obſervetur. Secundo *Permiſſivum* ſeu *conceſſivum*, itidem natu-
4. rale & divinum ex eo quod lex naturalis & divina permittat, nec vetet nec jubeat: & gentium univerſale & commune quia permiſſio ad omnes gentes ſpectat, mutabile.
5. Ita ut *juris divini*, ſic *naturalis* duplicem ſtatuit ſpeciem, Præceptivum, & Permiſſivum: utramque naturalis præceptivi & permiſſivi ſpeciem *jus gentium primævum* appellat: & utroque eo naturali quid in rebus mere humanis, & quæ hominum duntaxat mutua officia ſpectant, licere debeat, ex plurium gentium recepto uſu decernendum
6. putat. Ex præceptivi nunc additionibus, & permiſſivi mutationibus tertiam facit, quod *Poſitivum* vocat, utpote ab ipſis hominibus, vel ab Numine poſitum: unde poſitivum *divinum* & *humanum*, verum quod gentes non univerſas, ſed partes ſpectet vel obliget. ut civitatem aliquam, quod *civile* ſimpliciter:
7. vel plures, ſed cui juri non ex communi ob-
8. ligatione aliqua verum ex accidente, non pariter ſed ſingulatim ſubſunt, quod plurium gentium non commune, ſed civile ſeu *domeſticum* appellat, propter obligationem qua tenentur tantum ſibi ſingulis ſine obligationis
9. communione: vel plures etiam civitates ſeu gen-

gentes ex communi aliqua obligatione, cui
proinde communiter pariter ac ſimul ſub-
ſunt, quod plurium gentium *commune* nun-
cupavit. Idque vel pluribus gentibus *impe-* 10.
rativum, quale juriſdictionem eam quæ Am-
phictionico conventui in plures Græciæ po-
k *Deut.* 20. pulos competebat, & præſcriptum (k) po-
v. 10. pulo Iſraëlitico, quod in bello jus eſſet:
vel *interveniens*, quod non ex communi pluri- 11.
bus imperio, ſed interveniente pacto, ſive
morum uſu natum eſt, quod & *jus gentium*
ſecundarium indigitavit.

§. III. Multo vero mihi ſimplicior diſ-
tinctio placet. Significat enim jus ſi actioni- 1.
bus applicetur *regulam*, ſi perſonę, *facultatem*,
quæ maxime eſt ſecundum regulam, quas le-
ges appello. Etenim ſi ſtatum fingere ante
naturæ legem vel ſeponere rationem liceat;
jus *facultas* erit *ſimplex* faciendi aut non fa-
ciendi, quæ & potentiam complectitur &
voluntatem ſeu volitum & affectus nudos;
maxime ſi intra actus ſubſiſtamus internos.
jus minus proprie dictum. Si poſitâ lege, 2.
facultas erit aliquid *juſte* habendi vel faciendi,
hoc eſt, ſecundum regulas (l). ſub qua im-
l *infr. n.* 9. perii jus venit, & omne quod in rem, & in
perſonam dicitur, & quæ juſtitiæ expletricis
ſunt, cum plene & perfecte ad nos pertineant,
& exigi actione, ut noſtra vel nobis debita vel
tanquam a debitore, poſſint. *Juſtum* enim 3.
in naturæ ſtatu regulas habet Naturales, un-

4.de jus *naturale*, ſeu lex mavis naturalis: &
divinas poſitivas, quæ jus *divinum poſitivum*
ſeu lex divina poſitiva: utraque ſpecies ſub im-
5.perio etiam manet. Sed in ſtatu civili regulas
inſuper habet humanas, quæ jus *humanum*
6.& lex etiam humana: ſi conſenſu inter gen-
tes omnes, vel moratiores jus *gentium* voca-
7.tur: ſi nullo intercedente conſenſu apud
gentes nonnullas (m), civile plurium gen- m §. 4. *hoc*
8.tium *diſtributivum* dictum: ſi conſtitutione *num.* 17.
apud gentes ſingulas, proprio nomine civi-
le, ſeu lex *civilis* dicitur: cujus ſtricta &
laxior eſt ſignificatio; ſtricta eas ſolas con-
ſtitutiones complectitur, quæ quod juris
naturalis vel divini poſitivi ſit, nihil habent,
ſolemnitates ferè & actionum formulas, quo
ſenſu merè civilis: laxior, ubi jus utrum-
que vel alterutrum confirmat, eoque ſenſu, ut-
cunque in Corpus civile relata, *divina* & *natu-
ralis* manet, & ipſa naturalis & divina ab acce-
dente confirmatione, & authoritate civili
9.*civilis* dicta (n). Quod extra, vel non con- n §. 27. *n.* 7.
tra eaſdem eſt leges, *libertas* (o) dicitur, & §. 69. *n.* 4. 5.
electio quod utrumque liceat, & ipſa jus &
facultas naturalis quatenus nulla lege prohi- o §. 1. *hic*
bita. Eſt igitur jus proprie & LEX, cujus ſpe- *n.* 4.
cies ſupra jam vidimus, & FACULTAS *ſecun-
dum*, & *extra*, vel *non contra leges*, vel facul-
tas non impedita per leges: eadem libertas ac-
tionum, niſi quod agere lege prohibeamur.
10.Omnium legum exceptâ ſolâ naturali unum
vo-

voluntarii, & poſitivi eſt nomen. Quod 11.
ſecundum has eſt leges *Æquitas* etiam dicitur, & a jure non differt: in ſtatu quidem naturali ubi ſola lex eſt naturalis, jus omne ex æquitate eſt, eo quod recta ratio dictet. Sed neque fieri poteſt, ut jus ſcriptum non æquum dicatur, cum rationi imperantis probatum ſit (p): ubi caſus legis expreſſus eſt licet non juſta videatur, nihil nobis ſupplendum eſt, dum mens legiſlatoris clara ſit; neque enim ad naturalem rationem ſingulis patet refugium, poſtquam ratio legis imperanti probata ſit (q): quare valere pro lege & æquitate in foro civili debet: hoc ſenſu jurisprudentia ars æqui dicitur. diſtincta
autem ab jure eſt æquitas in caſu quo lex de- 12.
ficit; ſupplet enim ratio naturalis quod legis verba præciſa non definiunt: ut ſi in lege civili repetita ſimpliciter ea naturalis ſit, quæ homicidium vetet, nec alia civilis exſtet, ſupplebit æquitas, niſi ob defenſionem juſtam, vel in peccati pœnam judicio publico committatur: ita in aliis. ubi lex deficit ad naturæ principia recurritur, quod dictamen rectæ rationis eſt. ſic lex naturalis ſupplementum eſt alterius juris. Sed & æquum eo ſenſu arbitrium judicis quod legem arbitrio ſuppleat. Et altero ſenſu *æquum* jus proprius ad naturale accedens, reſpectu alterius
paulo latius recedentis. Impropria autem 13.
& rigida (r) juris ſignificatio eſt, qua jure fieri

p §. 70. n. 3. §. 92. n. 9.

q 70. n. 4.

r §. 4. n. 12. *hic*. §. 1. n. 2. §. 2. n. 13. §. 29. n. 6. 7.

fieri hac ſola ratione dicitur, quod quamvis contra legem ſit divinam vel naturalem, *actus humano non ſubſit ſupplicio*, vel reſiſti ei nequeat, quales imperantium omnes, qui cum ſupra leges, impune agere omnia dicuntur & reſiſtentia illicita: quo ſenſu in alteram incidit quam potentiam diximus, eoque licita magis actio, quam juſta dicetur, unde ſæpius ſub *liciti* vocabulo apud bonos Authores reperias, & ei oppoſitum quod deceat, oporteat, & fas eſſe dicitur, juſtitia externa ma-
4. gis quam interna dicta. Impropria etiam ſignificatio eſt qua licet actus juris regulis non conveniat, jure tamen fieri dicimus ideo quod jus ipſum agentes, ſubjectos legibus, *ab injuſtitia & pœna excuſat* (ſ), quales in- ſ §. 2. *n.* 6.
fantium, & aliorum quorum nulla vel im-
5. matura eſt ratio. At propria ſatis ſignificatio eſt, licet actus præciſe his regulis non congruat vel referri ad aliquam harum non poſſit, quod *non repugnet*, vel actio injuſta non
6. ſit (t). Quandoque & pro ipſo *facto juſto* vel t §. 1. *n.* 4.
7. injuſto accipitur. Etiam juſtum pro *ſolenni* (u), quod rite perficiatur, & effectus peculiares habeat; licet idem citra ſolennitates & effectus peculiares naturaliter juſtum eſſe *ſupr.* u §. 48. *n.* 4.
8. poſſit. Potiſſima autem pro *LEGE & FACULTATE* eſt ſignificatio. ita ſemper in quæſtione videndum quo ſenſu ſit juris vel juſtitiæ vox poſita.

1. §. IV. Virtus legum vetare, jubere eſt,

civilium proprie, quod ante facere, & non facere facultatis naturalis erat. *Lex* mandatum, præceptum eſt ejus quod neceſſarium, etiam nolentibus: *Conſilium* præſcri- 2.
ptum ejus plerumque quod optimum, nec niſi volentibus. Sic lex obligat, non ita conſilium; quamvis præbere occaſionem obligationi poſſit, quale medici rectum ægroto conſilium, non ex virtute imperativa, ſed quod ſequi recta ratio dictet: in conſilio ſola ratio valet; in lege ſola voluntas ſufficiens.
x §. 69. n. 10. fin. Convenientia plerumque in verbis & (x)
pronunciandi modo eſt. Jubent & vetant 3.
y §. 92. n. 7. & 9. naturales & divinæ *immutabiliter* (y). unde 4.
æternæ. Definitur autem *Lex naturalis* præceptum jubens dirigere actiones ſecundum rationem innatam, hoc eſt, quod ratio innata dictet. Eſt autem ratio innata, lumen divi-
z §. 2. n. 10. 11. num (z), lux ab ipſo Deo innata, quæ mentem noſtram, intellectum, judicium inſtruit
a confr. §. 3. n. 2. (a) in cognitione & diſcrimine boni & mali, liciti & illiciti, qua uti Deus hominem in cunctis ſuis actionibus voluit, cum quæ ipſius Dei cultum, tum quæ æque hominem, & civitatem ſpectent. Paulus legem inſcri-
b Rom. 2. 14. 15. conf. Pſalm. 37. 31. Deutr. 30. 14. Jer. 31. 33. ptam (b) cordibus noſtris appellat, quæ inſcriptio vice promulgationis habenda. Quod 5.
Dei cultum ſpectet, cum Deum O. M. Creatorem, Omnipotentem, & Conſervatorem noſtrum agnoſcamus, proindeque imperium ei competere & a nobis obedientiam ei deberi;

beri, & gratias, & preces, naturalis ratio dictat omnia ea facienda & dicenda, quæ imperium ſignificare Deo & obedientiam, &
2. gratias, & preces poſſint: eaque ſumma & in ampliſſimo ſuo gradu, ut qui Deus ſummus, juxta quem non alius eo modo & affectu colendus externe, vel honorandus interne. Sic autem inferre naturaliter ad Dei honorem libet: Qui novit ſe non a ſe ipſo eſſe, facile novit ab alia ſe cauſa eſſe quæ cauſam non habeat: novit autem ſe non eſſe a ſe ipſo, quia ſi ſe ipſum, omnia poſſet indivi-
3. dua producere. itaque alia cauſa eſt, quam
4 *Deum* appello. Is autem quia cauſam non habet ab *Æterno* dicitur, eoque ſenſu *Infinitus*, quia principium, nec finem habet. non eſt infinitum quod intellectu humano concluditur. Eadem ratione *Incomprehenſibilis*. Qua vero ipſe cauſa eſt hominum & individuorum omnium & cauſa omnium cauſarum, *Omnipotens* dicendus. hinc & *Creator*. & *Unus*, quia plures omnipotentes eſſe non poſſunt. Sed & cum homo virtute ſua nihil magis conferre ad durationem exiſtentiæ ſuæ, quam ad ipſam exiſtentiam ſeu eſſentiam poſſit, & *Conſervator* dicendus. Conſervando autem per omnipotentiam quia regit, & *Rex*. *Summus*, quia priorem non habet, & ex creatione *Dominus*. Creationem cum nullo nobis debito præſtet, & neceſſaria donet, *Bonus* & *Liberalis*. Omnia autem

cum regat, conſervet, *Omnipræſens*. Et
unumquodque cum iis ſervet mediis, quibus
ad conſervationem egemus neceſſariis, unde
ſcire ea omnia oporteat, *Omniſcius*. Quæ na-
turales omnes ſunt rationes, quare Deus
honorandus, quas qui recte perpendit & in
animum inducit, hoc ipſo quod perpendit &
inducit, Deum honorat: *honor* enim in *exiſti-
matione* conſiſtit. Talem igitur Deum æſti-
mare & agnoſcere ad officium pertinet cu-
juſque hominis, dictante ratione ſeu naturæ
lege. *Cultus* autem externus omnis in *obe-
dientia eſt*, (ſub qua profundam ſubmiſſio-
nem, & reverentiam, & venerationem com-
plector) debita imperio Dei, in *gratiarum
actione* ob conſervationem & alia beneficia,
& *precibus* ut in iis perſeveret; quæ circa ex-
terna officium ſunt hominis naturalis. ſic bo-
num Deo pro bono redditur, quod & ip-
ſum naturæ lex dictat. Qui contra admiſerit,
adverſus dictamina peccat rationis, (quæ na-
turæ leges) divino obnoxius ſupplicio. Quod 6.
hominum officia inter ſe ſpectat, (quo jus ſingu-
lorum erga ſingulos intelligo *) qui ſervare
cupit, modeſte is judicet, non turbide, non ira,
non odio, vel invidia, aliiſve affectibus com-
motus, nec errare judicio poterit. ita nempe
remotis affectibus putet ſecum quiſquis pri-
uſquam agat, an fieri erga ſe quod facere ad-
verſus alium parat, ſi in eadem eſſet condi-
tione, licitum vel non licitum vellet, rectum
vel minus judicaret. quam legum omnium
na-

* §. 3, n. 3. *ſeqq. & paſſ. tot. tract.*

naturalium ſummam, quatenus hominum
officia inter ſe, ipſe Salvator noſter in Evan-
7 gelio dedit. Sic rectitudinem in actionibus
noſtris, hoc eſt quid legis ſit naturalis *pro-*
prio (c) *quiſque judicio ſuo, & ratione* ſeu ra- c §. 5. n. 1.
tiocinatione ſua, licet fallibili, & coram Deo
non recta, æſtimabit: ipſe nempe de facti
convenientia & diſconvenientia cum *ratione*,
&, quod addere aliis placuit, *natura ſociali*
judicabit; hoc eſt, utrum cum ratione con-
veniat, & conſervationem ſocietatis huma-
næ, an ſubverſionem ſeu everſionem tendat
actus, ad trutinam rationis privatæ erit re-
8 ducendum: Quamquam vero & Gentium,
vel omnium, vel plurium, moratiorum ma-
xime, receptis ac uſitatis diu moribus, &
conſonantibus de jure naturali ſententiis, in
dubio plurimum ſit tribuendum, eoque caſu
non imprudentis ſit imitari, cum vix ſit ut a
ratione abeat quod pro ratione omnibus ha-
betur. Sed vero alium, vel ſingulos, vel plu-
res, vel gentes eaſdem omnes vel moratio-
res ea de re circa actiones noſtras neceſſario
judices conſtituere, vel earum ſcita, ſenten-
tiaſque, conſuetudines imitandas neceſſario
ut nobis ponamus, ferre in naturæ ſtatu ſin-
gulorum, vel ſub imperiis principum æquali-
tas, ſub utroque ratiocinandi libertas nequit.
9 In naturæ ſtatu ſola lex naturalis obtinuit,
id eſt ratio agendi norma fuit, cum alia po-
ſitiva non eſſet, & obligatos *ſingulos* tenuit

ratione præditos, cum lex ipſa dictamen
eſſet rationis; qua Deo ſubjectos, quippe
divinitus lata; qua homines, cum divina
poteſtas ſupra omnem ſeſe humanam exten-
dat: itaque minime male Hobbeſius legem
naturalem *Hominum* dixit. Hinc & *Principes*, 10.
d §. 92. n. 6. 7. civitates, gentes obligatos tenet (d), dum
ipſi homines, ratione præditi, Deo ſubjecti
ſint: Sed & cum eadem lex univerſalis ſeu jus 11.
illud hominum univerſale ſpecialiter ad prin-
cipes, civitates, gentes applicetur, & ipſi
eo jure ſervando inter ſe teneantur, non mi-
nus feliciter jus *Principum* dixeris, & jus *na-
turale gentium*, quod & *gentium* appellare
ſimpliciter licebit, quaſi quo jure gentes
utantur, cum civili non teneantur, inde &
jus *inter gentes*, diſtinctum a gentium vo-
luntario de quo *num. ſeq.* dicetur. De hac au- 12.
n. 14. tem lege naturali, adde & divinâ, *regulæ*
ſint, Ut quæ juſſa eâ vel prohibita, aliter fieri
ab homine humanove imperio non poſ-
e 65. n. 3. §. 92. ſint (e), extra jus dici agentis (f): quæ vero in
alteram partem diſinita non ſunt (g), ea libe-
f §. 3. n. 13. ſup. ræ diſpoſitionis, & juris cujuſque hominis an-
te imperia, deinceps imperantis ſint. Quod 13.
ad Civitatem, rempublicam, rectæ rationi
g §. 2. n. 13. ibid. congruere dicetur, quod ſalutem, pacem,
tranquillitatem ejus ſpectet, procuret, de-
fendat, promoveat; confuſionem propellat,
declinet, procul arceat. Peccat igitur contra
rationem qui officium quod diximus homini-

bus

bus non præſtet, vel admittat quod pacem
14.publicam turbet (h). De jure gentium vo- h *infr.*§.11
luntario notandum, hic tale non dici niſi
quatenus aliquid præter legem naturalem, ſeu
ab ea *diverſum* habet (i); ubi enim conve- i §.92.*n.*12
niunt non opus eſt diverſas juris ſpecies fin-
gere, eidemque rei nomina diverſa impone-
re, ſed utendum priore recepto eſt: eâque
15.poſitâ differentiâ, nomen & diverſa hæc ju-
ris (gentium puta) ſpecies ex communi inter
gentes vel omnes vel moratiores, cum om-
nibus vel moratioribus, per longi (k) tem- k *infr.n.*18.
poris uſum introducta obligatione eſt. Sic §.3.*n.*19.
virtus juris gentium ex virtute (l) legis natu- l §.3. *n.* 1.
ralis pendet, præcipiente fidem ſervare, *con-* §.92. *n.* 8.
ſenſu hic magis *tacito* quam expreſſo introdu-
16.ctam. Itaque nec ſingularum gentium cum
ſingulis inito pacto: quippe quod expreſſe
cum illo & altero convenit, deinde cum plu-
ribus, tandem cum omnibus, non jus ſtatim
gentium proprie dicendum, quia non pactum
omnium cum omnibus, ſed ſingularum na-
tionum cum ſingulis interceſſit: quamvis &
gentium, ſi placet, eo ſenſu dixeris quod
pacto inter gentes, licet ſingulas, convenit,
ex quo inter eaſdem orta communis obliga-
tio ſit: Seldenus jus gentium interveniens
17.diceret. Minime vero juris gentium haben-
dum quod in parte (m) aliqua orbis vel apud m §.3.*n.*
gentes plures idem ſervatur. Sic apud pluri- 7. *hic.*
mas capere feras licet, apud plurimas non

ratione præditos, cum lex ipſa dictamen
eſſet rationis; qua Deo ſubjectos, quippe
divinitus lata; qua homines, cum divina
poteſtas ſupra omnem ſeſe humanam exten-
dat: itaque minime male Hobbeſius legem
naturalem *Hominum* dixit. Hinc & *Principes*, 10.
d §. 92. n. 6. 7. civitates, gentes obligatos tenet (d), dum
ipſi homines, ratione præditi, Deo ſubjecti
ſint: Sed & cum eadem lex univerſalis ſeu jus 11.
illud hominum univerſale ſpecialiter ad prin-
cipes, civitates, gentes applicetur, & ipſi
eo jure ſervando inter ſe teneantur, non mi-
nus feliciter jus *Principum* dixeris, & jus *na-
turale gentium*, quod & *gentium* appellare
ſimpliciter licebit, quaſi quo jure gentes
utantur, cum civili non teneantur, inde &
jus *inter gentes*, diſtinctum a gentium vo-
luntario de quo *num. ſeq.* dicetur. De hac au- 12.
n. 14. tem lege naturali, adde & divinâ, *regula*
ſint, Ut quæ juſſa eâ vel prohibita, aliter fieri
ab homine humanove imperio non poſ-
e 65. n. 3. §. 92. ſint (e), extra jus dici agentis (f): quæ vero in
alteram partem diſinita non ſunt (g), ea libe-
f §. 3. n. 13. ſup. ræ diſpoſitionis, & juris cujuſque hominis an-
te imperia, deinceps imperantis ſint. Quod 13.
ad Civitatem, *rempublicam*, rectæ rationi
g §. 2. n. 13. ibid. congruere dicetur, quod ſalutem, pacem,
tranquillitatem ejus ſpectet, procuret, de-
fendat, promoveat; confuſionem propellat,
declinet, procul arceat. Peccat igitur contra
rationem qui officium quod diximus homini-

bus

bus non præſtet, vel admittat quod pacem
14. publicam turbet (h). De jure gentium vo- h *infr.*§.11
luntario notandum, hic tale non dici niſi
quatenus aliquid præter legem naturalem, ſeu
ab ea *diverſum* habet (i); ubi enim conve- i §.92.*n*.12
niunt non opus eſt diverſas juris ſpecies fin-
gere, eidemque rei nomina diverſa impone-
re, ſed utendum priore recepto eſt: eâque
15. poſitâ differentiâ, nomen & diverſa hæc ju-
ris (gentium puta) ſpecies ex communi inter
gentes vel omnes vel moratiores, cum om-
nibus vel moratioribus, per longi (k) tem- k *infr.n*.18.
poris uſum introducta obligatione eſt. Sic §.3.*n*.19.
virtus juris gentium ex virtute (l) legis natu- l §.3. *n*. 1.
ralis pendet, præcipiente fidem ſervare, *con-* §.92. *n*. 8.
ſenſu hic magis *tacita* quam expreſſo introdu-
16. ctam. Itaque nec ſingularum gentium cum
ſingulis inito pacto: quippe quod expreſſe
cum illo & altero convenit, deinde cum plu-
ribus, tandem cum omnibus, non jus ſtatim
gentium proprie dicendum, quia non pactum
omnium cum omnibus, ſed ſingularum na-
tionum cum ſingulis interceſſit: quamvis &
gentium, ſi placet, eo ſenſu dixeris quod
pacto inter gentes, licet ſingulas, convenit,
ex quo inter eaſdem orta communis obliga-
tio ſit: Seldenus jus gentium interveniens
17. diceret. Minime vero juris gentium haben-
dum quod in parte (m) aliqua orbis vel apud m §.3.*n*.
gentes plures idem ſervatur. Sic apud pluri- 7. *hic*.
mas capere feras licet, apud plurimas non

licet, neutrum hic jus gentium eſt. plurimæ idem circa affinium & conſanguineorum conjugia, & ſucceſſiones jus ſervant. Rhodiorum leges nauticas Romani recepere, & ab Athenienſibus quæ XII. tabulis conſcriptæ eſſent. Longobardorum conſtitutiones feudales apud plurimas receptæ. quid quod hodieque jure Pontificio gentes reformatæ utantur? ipſæ Romanæ leges apud nos hodieque, plurimaſque gentes in uſu, quare idem jus apud plures gentes non in partibus ſolis, ſed juris corpore toto cernis. Sed ut XII. tabulæ apud utramque gentem Romanam & Atticam leges civiles, ita jus Romanum apud plurimas civile: Grotio civile plurium gentium diſtributivum (n): Seldeno jus non ex obligatione commune, ſed plurium civile, & domeſticum appellatum. igitur nec hoc jus gentium facit quod plures gentes in eodem jure conveniant, poteſt enim plurium idem intereſſe, eademque tranquillitatis & regundæ Reipublicæ ratio eſſe, Sed quod 18. inter omnes vel moratiores *ex conſenſu*, per longi temporis uſum (o), juris ſervandi communis introducta *obligatio* ſit.* Occupatur au- 19. tem jus gentiũ in *bello* ferè & *pace* omne: quomodo enim metus (p) ab invicem ſingulos inire pacem coëgit ut tuti ab aliorum eſſent inſultibus, ſic & ad pacem eadem ratio Principes coëgit (qui ſinguli in naturæ habentur ſtatu) ut tutæ atque tranquillæ reſpublicæ eſſent

n *Sup.* §. 3. *n.* 7.

o *n.* 15. *hic.*

p §. 10. 11.

ſent, quæ perſonæ vicem ſuſtinent: Itaque
leges ſeu conditiones tacitæ placuere, quibus
in pace viverent, quod jus inter gentes dici-
tur, ipſæque juris gentium dictæ ubi aliquid
à lege naturali diverſum habent. Conſocia-
tionis inter gentes ſimplicis, ſeu alterius ad
alteram acceſſus, frequentationis mutuæ,
commercii, mutua alterius operis & auxi-
lii, & rerum quæ apud alios eſſent indigen-
tia fuit; unde & jus quoddam ipſis gentibus
commercandi, frequentandi, adeundi alte-
ros quaſi ex pacto tacito, quæſitum, quod
ipſum jus inter gentes dictum (q): ſi cui egen- q §. 15. n. 6.
ti negatum, jus ei naturale manet (r). E- r §. 36. n. 16.
juſdem juris & belli conditiones, forma, ri-
tus & effectus peculiares, quatenus etiam lex
ipſa naturalis jus certum vel regulas neceſſa-
rias ei non præſcripſerit: conditiones autem,
forma, ritus, cum libertatem, id eſt, jus à
natura in bello moderentur, recte eo ſenſu
cum Hermogeniano dixeris, jure gentium
20. introducta bella. *Publicum* hoc jus dicitur,
quod inter populos liberos ſervetur, & obli-
gandi efficaciam non niſi à poteſtatibus pu-
blicis, conſenſu communi, habeat: ſed &
quo ſenſu publicum jus inter principes, licet
21. non plures, ex pacto expreſſo dicitur. Qua-
tenus autem publici vox ei opponitur quod
privati eſt juris (s), leges etiam cujuſque civi- s §. 64. n. 3.
tatis civiles publicæ dicuntur (t), ſive reipu-
blicæ ſtatum, ſive res privatorum ſpectes: t §. 69. n. 2.

recepto ex poſteriore hac ſpecie apud Juris-
Conſultos *privati* nomine. Cavendum au- 22.
tem ne *juris* quæſtionem, ſive inter gentes
ſive privatos, cum *prudentia*, & *facto*, & juris
exercendi *modo* confundas, quod viros non
indoctos feſellit.

PO-

POLITICA

CONTRACTA

GENERALIS.

PRincipio rerum, ante gentes nationeſque, lex ſtatim naturæ fuit; non ſtatus ante naturæ legem. Poſita naturæ lege jus omne non potentia, non appetitus, non quid utile, ſed ratio determinat. Primum autem ratio dictavit inſtitutam initio a Deo pacem inter homines colendam: deinde quod bonum appetere, idque niti conſervare, mala contra vitare, arcere, propulſare; quo conſervatio maxime ſui, & rerum, & defenſio juſta

ſta

ſtà ſpectat: lex prima inter omnes. Unde procul dubio ad hæc jus dedit. Quid bonum, quid malum cum naturæ æqualitas vetet alium judicare, jus ſimul dedit propria quemque ſententia æſtimare. Sic jus determinatum ex ratione dicimus ad media; ſic jus ad omnia; omnia jure fieri. Natura autem humana cum prava ac imbecillis non poſſit eo judicio naturali & jure recte uti, & in promiſcuo omnium rerum uſu naturæ leges æqualitatemque ſervare, protinus ad ambitionem, gloriam dominationem prorupit, quæ diſcordias excitarunt, jurgia, pugnas, cœdes: Sic rupta pace confuſio venit rerum, & belli ſtatus, dum continuus ab injuriis metus eſſet. Eadem igitur ratio dictavit, datam initio a Deo pacem reſtituendam

fuiſſe

fuiſſe. Pax autem cum tuta extra Imperium haberi non poſſit, Imperia inſtituenda, ut præter nudam rationem lex jam & poteſtas civilis libertatem moderetur. Unde ſalus populi. Quæ finis Imperii, & Imperantis ſumma officii eſt. Cauſa impulſiva, idem quem diximus, in naturæ ſtatu metus exſtitit. Conſenſus efficiens, ita dum pacto quiſquis conſentit, ut per conſenſum unus Imperans, cæteri ſubjecti ſint. Hinc ſumma quæ dicitur Majeſtas. Poteſtas eadem eſt, ut libertas eadem, quam nec auget territorium, nec minuit forma, nil mutat fœderatio, non tollit unio, Populus, Primores, ſeu Singuli regant. Princeps ſolutus legibus, aliis legum author eſt. Jus vel imperium abſolutum in perſonas, bona, territo-

rium,

rium, cauſas, actiones habet. In ipſis quoque actionibus quid bonum quid malum, juſtum injuſtum, æquum iniquum, ſententia ſua determinat. Proprietates lege publica diſcernit: Et ipſe dominia propria habet. Jurisdictionem habet omnimodam, provocationi nulli obnoxiam. Mali vindex idem ſeverus, idem benignus. Dignitatum omnium fons eſt, & Author. Qui rempublicam adminiſtrent, jura Majeſtatis exerceant Magiſtratus, miniſtros ſingulos, publicos, vel collegia inſtituit: Cætera privata, licita vel illicita. Munera invitis imponit. Parem in territorio habet neminem, inferiores omnes. Belli, & pacis, & fœderum, & legatorum jus habet. Viros militares conducit. Ducit. Solvit. Dimittit. Qui ſubalterno

præ-

præſint imperio ipſe eligit. Sacramento obſtringit. Quiſquis delinquit ſui Principis ſubjicitur ſeveritati. Niſi communis ſit miles. Monetam cudit, æſtimat. Onera imponit ex arbitratu. Pecuniæ dominus eſt. Sacra regit ut profana, externa, & lege divina non definita; hinc perſonas, res, actiones; diſtinctim ab Chriſti imperio. Religionem publicam facit quam-libet. Qui religionem doceant, ſacram faciant functionem miniſtros publicos conſtituit: deponit: punit. Imperium, juriſdictio omnis, & legiſlatio ad eandem pertinet. Neutram partem, vel quod aliud eſt imperium, adnexum miniſterium habet. Et ipſa ſumma poteſtas non leges tantum proprias, ſed & naturales, & veteris, & Novi Teſtamenti publicas facit,

cit,

cit, vimque publicam & robur publicum in civitate accommodat. Leges divinas cum naturales tum poſitivas interpretatur, & doctrinæ controverſias judicat, eodemque judicio ſuo definitivo fidei articulos determinat. Si cum Synodo placet, perſonas, materiam, tempus, locum, ordinem præfinit, deſignat. In conventu ipſe præſens, ac primus, vel per ſe, vel per delegatos eſt. Si placet & ſuam ſententiam promit. Eandemque ſummam, & definitivam poſt Synodum. Et ipſam ſacram facere functionem quid prohibet? Quicquid tandem ad ſalutem populi internam & externam, ſervandam pacem publicam, tranquillitatem, defenſionem ducit, ipſe procurat, ſolus æſtimat. Jura hæc Majeſtatis ſunt, nullis circumſcripta limiti-

ti-

tibus. Quæ ſi negare ſubditus, iiſve detrahere, vel ipſe attrectare, Majeſtatis reus fit. Voluntas pro lege eſt: In ſtatu poliarchico quod pars major decrevit. Voluntati obtemperandum & univerſis, & ſingulis. De ratione nullus diſputat, nullus examinat, ſingulorum nullum eſt judicium. Reſiſtere nefas. Magis ſolio deturbare. Occidere ſacrilegium. Qualiſcunque ferendus eſt. Divina autem ſupremi legiſlatoris, & naturæ, & humanæ poſitæ imperio leges poteſtatem limitant. Subditos obſequio ſolvunt. Arctius imperium tenet quem conditiones obligant. Non potenter, qui non plenum; Diviſio interitum minatur. At tota reſolvitur majeſtas quam vis ſubegit. A principe recedit, ſi in alium transferat.

Vel ſponte deſerat, cum temporis præſcriptione. Naturaliter deponit, ſi vitâ functus, hæres imperium non excipit.

POLITICA GENERALIS

PERIODIS SEU PARAGRAPHIS DISTINCTA.

Principio rerum ante gentes nationeſque Lex ſtatim naturæ fuit, non ſtatus ante naturæ legem.

2. *Poſitâ naturæ lege jus omne non potentia, non appetitus, non quid utile, ſed ratio determinat.*

3 *Primum autem ratio dictavit inſtitutam initio a Deo pacem inter homines colendam: deinde quod bonum appetere, idque niti conſervare; mala contra vitare, arcere, propulſare: quo conſervatio maxime ſui, & rerum, & defenſio juſta ſpectat: Lex prima inter omnes.*

 Unde

Unde procul dubio ad hæc jus dedit.

4. *Quid bonum, quid malum cum naturæ æqualitas vetet alium judicare.*

5. *Jus ſimul dedit propriâ quemque ſententiâ æſtimare.*

6. *Sic jus ex ratione determinatum dicimus ad media.*

7. *Sic jus ad omnia: omnia jure fieri.*

8. *Natura autem humana, cum prava ac imbecillis non poſſit eo judicio naturali & jure recte uti, & in promiſcuo omnium rerum uſu naturæ leges, æqualitatemque ſervare,*

9. *Protinus ad ambitionem, gloriam, dominationem prorupit, quæ diſcordias excitarunt, jurgia, pugnas, cædes.*

10. *Sic rupta pace confuſio venit rerum, & belli ſtatus, dum continuus ab injuriis metus eſſet.*

11. *Eadem igitur ratio dictavit, datam initio a Deo pacem reſtituendam fuiſſe.*

12. *Pax*

12. *Pax autem cum tuta extra imperium haberi non poſſit, imperia inſtituenda, ut, præter nudam rationem, Lex jam & poteſtas civilis libertatem moderetur.*

13. *Unde ſalus populi:*

14. *Quæ finis imperii, & imperantis ſumma officii eſt.*

15. *Cauſa impulſiva idem quem diximus, in naturæ ſtatu metus extitit.*

16. *Conſenſus efficiens.*

17. *Ita dum pacto quisquis conſentit, ut per conſenſum unus Imperans, cæteri ſubjecti ſint.*

18. *Hinc ſumma quæ dicitur Majeſtas.*

19. *Poteſtas eadem eſt,*

20. *Ut libertas eadem,*

21. *Quam nec auget territorium,*

22. *Nec minuit forma,*

23. *Nil mutat fœderatio,*

24. *Non tollit unio,*

25. *Populus, Primores, ſeu ſinguli regant.*
26. *Princeps ſolutus legibus,*
27. *Aliis legum author eſt.*
28. *Jus vel imperium abſolutum,*
29. *In perſonas,*
30. *Bona,*
31. *Territorium,*
32. *Cauſas,*
33. *Actiones habet.*
34. *In ipſis quoque actionibus quid bonum quid malum, juſtum quid injuſtum, æquum iniquum, ſententia ſua determinat.*
35. *Proprietates lege publica diſcernit,*
36. *Et ipſe Dominia propria habet.*
37. *Juriſdictionem habet omnimodam;*
38. *Nulli provocationi obnoxiam.*
39. *Mali vindex idem ſeverus,*
40. *Idem benignus.*
41. *Dignitatum omnium fons eſt, & author.*

42. *Qui rempublicam adminiſtrent, jura Majeſtatis exerceant Magiſtratus,*
43. *Miniſtros ſingulos, publicos,*
44. *Vel collegia inſtituit:*
45. *Cætera privata, licita vel illicita.*
46. *Munera invitis imponit.*
47. *Parem in territorio habet neminem, inferiores omnes.*
48. *Belli,*
49. *Et pacis,*
50. *Et fœderum,*
51. *Et legatorum jus habet.*
52. *Viros militares conducit.*
53. *Ducit.*
54. *Solvit.*
55. *Dimittit.*
56. *Qui ſubalterno præſint imperio ipſe eligit.*
57. *Sacramento obſtringit.*
58. *Quiſquis deliquit ſui principis ſubjicitur ſeveritati.*

59. *Niſi communis ſit miles.*
60. *Monetam cudit, æſtimat.*
61. *Onera imponit ex arbitratu.*
62. *Pecuniæ Dominus eſt.*
63. *Sacra regit, ut prophana externa, & lege divina non definita: hinc perſonas, res, actiones; diſtinctim ab Chriſti imperio.*
64. *Religionem publicam facit quamlibet.*
65. *Qui religionem doceant, ſacram faciant functionem miniſtros publicos conſtituit.*
66. *Deponit, punit.*
67. *Imperium, juriſdictio omnis, & legiſlatio ad eandem pertinet.*
68. *Neutram partem, vel quod aliud eſt imperium, adnexum miniſterium habet.*
69. *Et ipſa Summa poteſtas non leges tantum proprias, ſed & naturales, & veteris, & novi Teſtamenti publi-*

cas

cas facit, vimque publicam & robur publicum, in civitate accommodat.

70. *Leges divinas, cum naturales tum poſitivas, interpretatur, & doctrinæ controverſias judicat, eodemque judicio ſuo definitivo fidei articulos determinat.*

71. *Si cum Synodo placet,*

72. *Perſonas,*

73. *Materiam,*

74. *Tempus,*

75. *Locum,*

76. *Ordinem præfinit, deſignat.*

77. *In conventu ipſe præſens, ac primus vel per ſe, vel per delegatos eſt.*

78. *Si placet, & ſuam ſententiam promit.*

79. *Eandemque definitivam & ſummam poſt Synodum.*

80. *Et ipſam ſacram facere functionem, quid prohibet?*

81. *Quicquid tandem ad ſalutem po-*

puli internam & externam, ſervandam pacem publicam, tranquillitatem, defenſionem ducit, ipſe procurat, ſolus æſtimat.

82. *Jura hæc Majeſtatis ſunt, nullis circumſcripta limitibus.*

83. *Quæ ſi negare ſubditus, iiſve detrahere, vel ipſe attrectare Majeſtatis reus fit.*

84. *Voluntas pro lege eſt:*

85. *In ſtatu Poliarchico quod pars major decrevit.*

86. *Voluntati obtemperandum & univerſis, & ſingulis.*

87. *De ratione nullus diſputat, nullus examinat, ſingulorum nullum eſt judicium.*

88. *Reſiſtere nefas.*

89. *Magis ſolio deturbare.*

90. *Occidere ſacrilegium.*

91. *Qualiſcunque ferendus eſt.*

92. *Divinæ autem ſupremi legiſlatoris,*

ris, & naturæ, & humanæ poſitæ Imperio leges poteſtatem limitant:

93. *Subditos obſequio ſolvunt.*

94. *Arctius Imperium tenet quem conditiones obligant.*

95. *Non potenter, qui non plenum.*

96. *Diviſio interitum minatur.*

97. *At tota reſolvitur Majeſtas, quam vis ſubegit.*

98. *A principe recedit, ſi in alium transferat.*

99. *Vel ſponte deſerat, cum temporis præſcriptione.*

100. *Naturaliter deponit, ſi vitâ functus, hæres imperium non excipit.*

NO-

YXIV

NOTÆ
IN
POLITICAM
ContraЕtam
GENERALEM.
Singulis Paragraphis ſubjectæ.

SUMMARIA in NOTAS.

§. 1. Principio rerum ante Gentes Nationeſque lex ſtatim naturæ fuit, non ſtatus ante naturæ legem] 1. *Status ante vel extra naturæ legem non datur.* 2. *Eſt enim naturæ lex rationi coæva, & homini, eique propria, inde initium Regni Dei per naturam.* 3. *Et lex naturalis juris naturalis vinculum.* 4. *Et Libertas & Juſtitia ex lege naturali dijudicanda.*

§. 2. Poſita naturæ lege jus omne non potentia, non appetitus, non quid utile, ſed ratio determinat.] 1. *Nova Philoſophia eſt, jus agendi in naturæ ſtatu potentiâ, cupiditate, & appetitu definiri.* 2. *Quaſi homo Dei potentiâ agat, quæ libera ſit.* 3. *Et jus tribuat, quod cæca magis cupiditate homines quam ratione ducantur.* 4. *Primum reſolvitur.* 5 *Et alterum.* 6. *Et tertium argumentum inde petitum, quod infantes, inſani, & furioſi omnia potentiis & appe-*

appetitu, non ratione agant quippe horum actiones non jus probent, ſed vel actio non recta lege excuſetur. 7. *Et ipſi infantes, furioſi quandoque peccent.* 8. *Vtilitas etiam ex ratione metienda. unde concluſio, omnia ſecundum rectam rationem, non ex appetitu agenda.* 9. *Vel jus in naturæ ſtatu ratione, non potentia definiri.* 10. *Quippe Deus jam per rationem gubernet, & ratio maxime ſit divina.* 11. *Quæ fruſtra alioquin videatur indita.* 12. *Eſt autem ea efficacia legis naturalis in naturæ ſtatu, quæ civilis in civili, Chriſtianæ in Chriſtiano.* 13. *Igitur quod contra legem fit naturalem extra jus eſt agentis.* 14. *Non poſſe quis dicitur, quod contra jus poteſt.*

§. 3. Primum autem ratio dictavit, inſtitutam initio a Deo pacem inter homines colendam: deinde quod bonum appetere, idque niti conſervare; mala contra vitare, arcere, propulſare: quo conſervatio maxime ſui, & rerum, & defenſio juſta ſpectat: lex prima inter omnes. unde proculdubio ad hæc jus dedit.] 1. *Status primævus pacis fuit, iſque ſervandus.* 2. *Naturâ homines quæ bona videntur ſequuntur, fugiuntque contraria. prima naturæ Philoſophi appellant, diſtincta ab aliis, quæ materia ſint ſecundæ indagationis.* 3. *Vnde jus ſe conſervandi, & lex prima & potiſſima de conſervatione ſui, membrorum, generis humani, civitatis, & partium.* 4. *Et jus, & lex mala propulſandi præcipiens. unde indagatio, quid cuique in alterius perſonam, reſve liceat. Defenſio licita, vim vi repellere: etiam ſub lege veteri & Evangelii doctrina. ſub Imperio jus arctius.* 5. *Conſervandi & defendendi modus in infinitum extenditur.* 6. *Inde vis etiam offenſiva licita.* 7. *Et in vitam corpuſque alterius, & interpoſitæ forte perſonæ, & in ſocios, & qui neceſſaria adverſario meo, nociva mihi*

ſubmi-

ſubminiſtrant. damnatâ iterum ſententiâ quæ jus hoc ex appetitu & potentiis naturalibus concedit. Ob minas etiam occidendi, & ad arcendam alapam, ſimilemque injuriam, etiam ſub Evangelio. 8. *Inculpatæ tutelæ moderamen ex lege civili eſt.* 9. *Cautio de non offendendo recte exigitur.* 10. *Non eſt idem jus ob utilitatem quamvis. quæ dicta ad hoſtes publicos applica.* 11. *Eſt autem ob Res tutandas, & recuperandas: unde & bellum juſtum, & in fures capitalis pœna. Plenius de jure in res inquiritur, & occaſione ejus de origine proprietatis: quæ primo Adamo & Evæ communis pro indiviſo, ex largitione divina aſſeritur. deinde ſoli Adamo dominium fuiſſe liberæ diſpoſitionis, non privativæ poſſeſſionis. ad poſteros ex diſtributione vel permiſſione veniſſe.* 12. *Defuncto Adamo in res non diſtributas, jus omnium commune ſtetiſſe.* 13. *Poſt diluvium Noacho terræ proprietatem ceſſiſſe.* 14. *Eamque filiis diſtribuiſſe.* 15. *Mortuo Noacho rerum non diſtributarum communionem manſiſſe, ad imperia prima. Concluditur proprietatem ante imperia extitiſſe.* 16. *Et eandem pacto potuiſſe introduci.* 17. *Et quodammodo per naturæ leges.* 18. *Sic ex triplici fonte dominium, & alterius juris proprietas.* 19. *Circa occupationem probatur rerum non diſtributarum ſeu communiter poſſeſſarum occupationem ab aliquo, nudam proprietatis jus, ſecluſis omnibus aliis, ei non tribuere, etiam in rerum abundantia: ſed eam quæ qualificata ſcientia ſit, & patientia, & temporis lapſu: quæ qualificatio efficiat, ut res ita occupatæ occupari jam ab aliis vel invadi jure non poſſint. quod ad reſpublicas applicatur.* 20. *Eademque de rebus vacuis, non poſſeſſis diſciplina.* 21. *Quæ etiam ad gentes refertur.* 22. *Ita tamen, ut conſenſus neque tacitus neque expreſſus, neque diſtributio prima egentes excludat.* 23. *Cum non ſtare pactis ex neceſſi-*

ceſſitate liceat. 24. *Quæ exceptio & ad Principes ſummos applicatur, nulla mediorum diſtinctione, quorum, ut neceſſitatis, ipſi Judices ſunt.* 25. *In res quæ uſu conſumuntur uſus eſt communis.* 26. *Concluſio, in naturæ ſtatu, & ante Imperia injuriam, injuſtitiam, peccatum, & contrectationem alieni dari: ſed extra civilem vindictam.*

§. 4. Quid bonum, quid malum, cum naturæ æqualitas vetet alium judicare.] 1. *Nempe ex æqualitate conditionis æqualitas eſt juris:* 2. *Quæ & ipſa facit alterius judicium inefficax eſſe.*

§. 5. Jus ſimul dedit propriâ quemque ſententiâ æſtimare] 1. *Cum quod alterius eſſe non poſſit,* §. *præced. tum quod rectius ipſe judicet. Hinc pro recta ratione in dijudicando bono vel malo habendum, quod quis ipſe æſtimaverit, & n.* 3. 2. *Neque quod non recte poſſit quis judicare, judicandi ius minuit: diſtinctio enim ſervanda inter iuris & recti quæſtionem, ſeu inter ius iudicandi & rectè judicare: inter ſimplicem actum iudicii, & rectum coram Deo judicium.* 4. *Contra rationem iudicandi ius eſt nemini.* 5. *Lex tamen naturalis in iudicando rectâ iudicantis conſcientiâ contenta eſt, attenta diſtinctione inter imprudentiæ & malitiæ peccatum.*

§. 6. Sic jus determinatum ex ratione dicimus ad media.] 1. *Qui jus dat ad antecedens, (quod eſt bonum, propulſatio mali,) & qui jus dat ad finem, jus dat ad media.* 2. *Sed in quibus mediis eligendis ratio ſemper ſuprema eſſe debet.* 3. *Sic vis, dolus licita.* 4. *Diſtinctio inter dolum negativum & poſitivum.*

§. 7. Sic jus ad omnia, omnia jure fieri.] 1. *Ex ratione recta: quo ſenſu facultas, ſeu jus & rectum in actione concurrunt, ut facultas non detur quæ rectæ rationi non conveniat, & ſimul faciat actionem rectam dici.* 2. *Quæ tamen non recta dici poteſt Dei judicio,* quam-

quamvis ſit hominis. 3. *Jus ad omnia nihil excipit, & nullas actiones determinat.* 4. *Quod & juris æqualitas confirmat.*

§ 8. Natura autem humana cum prava ac imbecillis non poſſit eo judicio naturali & jure recte uti, & in promiſcuo omnium rerum uſu naturæ leges æqualitatemque ſervare.] 1. *Rationes in textu probant.*

§. 9. Protinus ad ambitionem, gloriam, dominationem prorupit, quæ diſcordias excitarunt, jurgia, pugnas, cædes.] 1. *Effectus ex rationibus præcedentibus ſunt.*

§. 10. Sic rupta pace confuſio venit rerum, & belli ſtatus, dum continuus ab injuriis metus eſſet.] 1. *A confuſione nempe metus, qui belli ſtatus, in quo lædi quis poſſit.* 2. *Perpetuus ex metu continuo, & quod inter omnes ſit.* 3. *Unde miſerrimus belli ſtatus.*

§. 11. Eadem igitur ratio dictavit, datam initio à Deo pacem reſtituendam fuiſſe.] 1. *Bonum quippe pax, & conſervationem ſui, & exiſtentiæ durationem ſpectat.*

§. 12. Pax autem cum tuta extra Imperium haberi non poſſit, Imperia inſtituenda, ut præter nudam rationem, lex jam & poteſtas civilis libertatem moderetur.] 1. *Alia quippe cautio præter imperium excogitari non poteſt.* 2. *Manente tamen & poſt imperia inter Principes belli quodam ſtatu.* 3. *Temperata libertas ſalubris, minia ſibi & aliis gravis.* 4. *Permiſſa per legem civilem libertatis manent naturalis.*

§. 13. Unde ſalus populi.] 1. *Ab imperio & civili poteſtate.* 3. *Vitæ præſentis & futuræ felicitas: hæc imperantium præcipua, paſtorum ſub iis unica cura.*

§. 14. Quæ finis Imperii, & Imperantis ſumma

officii eſt.] 1. *Vtraque felicitas finis imperantium eſſe debet.* 2. *Præſentis vitæ maxime ſubmittentium eſt.* 3. *Et utraque imperantis officium eſt, non ex vi pacti expreſſi, ſed obligatione tacita.* 4. *Herile imperium ad utilitatem componitur imperantis.* 5. *Concatenata tamen civium & imperantium habet commoda.* 6. *Manente diſtinctione inter ſervorum, civium & ſubditorum nomina.* 7. *Reſpectu Principis dignitate æquales omnes.* 8. *Civium ab incolis diſtinctio ex jure civili eſt.*

§. 15. Cauſa impulſiva idem, quem diximus in naturæ ſtatu, metus exſtitit.] *Ex* §. 10. *&* 12. *remiſſive.* 2. *Tum quod convenire & verſari ante imperia hominibus tuto non licuit: unde recedendi à libertate naturali ſingulis juſtiſſima ratio. conf. n.* 12. 3. *Eadem cauſa ſubjiciendi ſe Deſpotæ, eademque deſpotæ ſubigendi alios fuit: Non ſola potentia irreſiſtibilis.* 4. *Idem imperium & ſocietas civilis.* 5. *Diſtincta à ſocietate ſimplici.* 6. *Quæ cauſam naturalem neceſſariam indigentiam habet & n.* 9. 7. *Infantes in ſocietate tenentur.* 8. *Explicatur, quod dicitur, ſocietatem à natura eſſe: appetitus nempe à naturâ eſt neceſſariò; ipſa vero ſocietas ſeu conſociatio non neceſſariò.* 9. *Appetitus cauſa indigentia eſt; vel aliæ cauſæ ſunt non neceſſariæ.* 10. *Craſſius dictum, hominem animal ſociabile eſſe.* 11. *Et falſum, aptos homines ad ſocietatem civilem natos.* 12. *Imperia non niſi ex urgentiſſima neceſſitate ſunt.*

§. 16. Conſenſus efficiens.] 1. *Sive liber conſenſus, ſive coactus ſit: qui non conſenſerunt, in belli ſtatu manent. & n.* 3. 2. *Neceſſarius proinde etiam ad Herile.* 3. *Et Deſpotæ imperium (neque enim vis cauſa eſt imperii).* 4. *Et ſufficiens ut Invaſoris ſit imperium legitimum, eique obedientia debeatur: aliud forte ſi prædo, ſi latro.* 5. *Patris imperium nec ex conſenſu, nec ex generatione: nec matri ex eo quod*

par

partum prius in poteſtate habeat. Eſt autem patris ex oraculi divini authoritate, prius cum matre commune. 6. Ex eodem fundamento mariti imperium. 7. Sic mundus nunquam ſine imperio aliquo humano ſtetit; ſed particulari. 8. Succeſſio & electio imperii acquirendi ſunt modi.

§. 17. Ita dum pacto quiſquis conſentit, ut per conſenſum unus Imperans, cæteri ſubjecti ſint.] 1. *Quod extremum in pacto eſt: Dantur namque gradus priuſquam ad hoc extremum, id eſt juris renunciationem & voluntatis ſubmiſſionem perveniatur: quas electio ſequitur, electionem acceptatio: Pactum cum imperante non intercedit. 2. Virtus renunciationis, & ſubmiſſionis. Juris renunciatio nec ſubmiſſio tranſlatio eſt. nec expreſſa ut fiat neceſſarium eſt. 3. Vt nec neceſſarium ſingulos imperii aliquid, aut jus vitæ & necis in ſe ipſos ante imperia habuiſſe. 4. Dei partes in delatione imperii non excludi. 5. Quiſquis, de majori parte, major pars de fortioribus intelligitur. 6. Vnde prima congregatio de inſtituendo imperio, non recte Democratica dicta. 7. Quæ pars convenit pacto inter ſe obligatorio tenentur: omnes Vni. 8. Quod & in tacite ſubmittentibus verum. 9. Imperantem poſſeſſio tuetur, ubi de conſenſu expreſſo non apparet. 10. Hoc tranſit pacto quod ad imperium ſufficit, nec minus, nec amplius. 11. De regno Dei per pactum in Hebræos, & cauſa regni ejus naturalis, remiſſive.*

§. 18. Hinc Summa quæ dicitur Majeſtas.] 1. *Majeſtatis vox dignitatis & poteſtatis ſignificativa eſt. 2. Principis etiam de rege abſoluto dicta. 3. Majeſtatis vox de Republica dici non ſolet. 4. Simpliciter prolata de territorii Principe intelligenda. 5. Summa, quia ſuperiorem non habet. 6. Quod omni imperio convenit.*

§. 19. Poteſtas eadem eſt.] 1. *Ex conſenſu*

æquali. 2. *Herilis & Deſpotici in res laxior, etiam ubi ſervitus ceſſat.*

§. 20. Ut libertas eadem.] 1. *Ex ſubjectione æquali.* 2. *Quid ſit liberum eſſe. libertas de imperantibus, non de ſingulis dicitur, niſi quando lex ſilet. Obiter diſtinctio inter actionum animi & corporis libertatem.* 3. *Sub herili imperio libertas minor ex ſeveriori lege.* 4. *Sed quæ tolerabilior quam naturalis ſtatus.* 5. *Sub democratia autem major videtur.* 6. *Unde ea ſpecies Libertas dicta, licet acrior quandoque Regno: & liber eo ſenſu populus quem vis popularis ſubegit.* 7. *Libertas naturalis eſt quod lex civilis permittit.*

§. 21. Quam nec auget territorium.] 1. *Quippe quod ad jus, quod ex conſenſu eſt, nihil confert.*

§. 22. Nec minuit forma.] 1. *Jus enim ex conſenſu, non ex forma venit.* 2. *Unde tantum Senatus, atq; Rex pollet.* 3. *Eademq; ſub Rege & populo libertas*

§. 23. Nil mutat fœderatio.] 1. *Sive æquale fœdus, ſive inæquale, & vel clientelare ſit.* 2. *Si cum imminutione imperii, tantum decedit, quantum fœdere continetur.* 3. *Fit autem cum eo qui hoſtis non eſt, vel ad amicitiam, defenſionem, offenſionem, vel aliam cauſam.*

§. 24. Non tollit unio.] 1. *Nec generalis.* 2. *Nec particularis.* 3. *Per neutram amittuntur jura.* 4. *Nec uniuntur regna quæ plura ſub eodem Principe concedunt, ſingulis jura diſtincta manent.*

§. 25. Populus, Primores ſeu Singuli regant.] 1. *Monarchia, ubi unus Monarcha, Tyrannus, Invaſor imperat.* 2. *Ariſtocratia, ubi Optimates, vel ex conſenſu primario, vel ſecundario mutatâ formâ (licet non optimi præſint) vel ſoli, vel cum principatu, vel ex civium diverſis ordinibus, unde Ordinum Imperium.* 3. *Oligarchia ſi vitium ſit, neceſſarium eſt.* 4. *Democratia gratior, ſed periculoſior.* 5. *Per*

ſena-

ſona dicitur, & populus, quamquam & ipſa multitudo populus. 6. Quando pro imperante populus, aliis etiam ſpeciebus convenit. 7. Noſtra ſpecie in majori civium parte cernitur; & complectitur qui non convenerunt, vel non eſt jus conveniendi. Per ſe quiſquis ſuffragari debet. 8. Vitium Anarchia & Ochlocratia dicitur. Vtraque Poliarchiæ ſpecies non ineptè Monarchia. 9. Provinciæ imperium à victore populo Populare dicendum, quamvis imperii exercendi modus poſſit Monarchicus eſſe. 10. Imperiorum vitia à cuiuſque fere opinione appellantur. 11. Formæ mutatio reipublicæ exitioſa. 12. Omnes ſua incommoda habent. 13. Optima per quam ſingulis optime, & civitati eſt. 14. Incommoda ab imperantibus, vel a conſtitutione reipublicæ, vel accidenti ſunt. 15. De alia forma ſi nihil dictum, concluſio tacite pro Democratia eſt.

§. 26. Princeps ſolutus legibus.] *1. Civilibus. 2. Quia in naturæ ſtatu conſiſtit. 3. Et ipſe ſibi obligaretur. 4. Et obligari civibus non poteſt. 5. Quamquam conventionibus poſſit & pactis. 6. Sed quæ obligatio virtute coactivâ deſtituitur. 7. Vnde omnis coactio civilis in Principem ex ſubmiſſione eſt. 8. Sublatâ & pacti publici obligatione, ſi neceſſitas poſtulet. 9 Et Canonum. 10. Et privilegiorum jure, niſi in vim tranſierint contractus, vel Princeps de ſuo ultro quid conceſſerit.*

§. 27. Aliis legum auctor eſt.] *1. Quia omnia jura Majeſtatis habet. 2. Et jus in perſonas. 3. Et omnium voluntates unâ ſuâ voluntate regit. 4. Et legis virtus obligatoria ſit, & obedientiam exigat. 5. Et imperantis officium pacem procurare. 6. Idem de canonibus eſt Judicium; incidenter de juris civilis & canonici diſtinctione. 7. Vſus non facit legem. 8. Condendæ poteſtati mutandæ adhæret: quare legem ſibi ſcribere perpetuam populus nequit.*

9. Non obligant leges, niſi promulgatio præcedat Principis nomine. promulgata quando peregrinum obligat, & ſubditos extra territorium. **10.** *Non obligant ordinationes inferiorum niſi Princeps probaverit.* **11.** *Solus privilegia concedit juri conſtituto derogatoria: ſed quæ revocabilia ſunt.*

§. 28. Jus vel imperium abſolutum.] **1.** *Jus quidem ex conſenſu abſoluto.* **2.** *Libero vel coacto. Libero, ſi jus omne expreſſe tranſlatum ſit.* 3. *Sic in dominico & inſtitutivo imperio jus abſolutum ex conſenſu libero & expreſſo. Coacto, ſi in conditiones non convenerit.* 4. *In voluntario etiam, extra dominicum imperantes non populi miniſtri, ſed eo ſuperiores, licet jus omne ſub conſenſu expreſſo non venerit, repudiata diſtinctione inter Majeſtatem realem & perſonalem.* 5. *Per conſenſum generalem & abſolutum in dubio populus ſolam poteſtatem imperatoriam contuliſſe videtur.* 6. *Quæ poteſtas abſoluta, nec limitata præſumitur.* 7. *Unde concluſio, tranſtuliſſe populum in imperantem quod imperium ſpectet, Omne quod potuit.* 8. *Quod præter imperii jura habet ad modum pertinere.* 9. *Habere jus ad media omnia.* 10. *De jure Domini.* 11. *Et imperii abſoluti, ſummi, & pleni differentiâ remiſſive.*

§. 29. In perſonas.] *Virtute juris naturalis retenti, & renuntiationis & ſubmiſſionis factæ ab aliis.* 2. *Jus in perſonam quaſi anima eſt imperii.* 3. *Huc vitæ jus & necis ſpectat, etiam extra judicium.* 4. *Argumentô à minori patrum poteſtate, cum ante, tum poſt imperia.* 5. *Sed ut Princeps rationem rectam ſervet.* 6. *Nec pro inſana libidine quicquam agat, ſeu Dominus, ſeu Monarcha inſtitutivus fuerit & n. 10.* 7. *Licet factum eorum impunè, etiam ex jure gentium, & quandoque domini privati ex jure civili ſit.* 8. *Sed bello captos occidere jure belli Principi licere.* 9. *Et ſine conditione deditos, ſub limitatione admit-*

titur. 11. *Cives ad bellum cogere.* 12. *Et obſides dare.* 13. *Et deſerere civem particularem, & ad declinandum excidium tradere.* 14. *Magis autem culpæ inſignis in aliam civitatem reos, juris rationibus conſentaneum eſt.* 15. *Subditorum obligare perſonas in ratione naturali fundamentum habet.* 16. *Servitus ex jure naturæ eſt.* 17. *Libertatem deinde gentium conſenſus introduxit, ſoluto redemptionis pretio, vel alia conditione poſita.*

§. 30. Bona.] 1. *Ex perſonæ conſequentia.* 2. *Et voluntatis ſubjectione.* 3. *Et conſenſu præſumpto.* 4. *Quid quod ne excipere quidem bona potuere?* 5. *Jus hoc Dominium eminens appellatur: quod latiſſime patet.* 6. *Ita tamen ut bona non abdicative conceſſa intelligantur.* 7. *Sed vero ad neceſſitatem, & in tempore compenſanda.* 8. *Ad exteros etiam extenditur.* 9. *Domino jus laxius eſt.* 10. *Et occupatorum per univerſitatem jus imperanti, non populo cedit.* 11. *Referque de præſcriptione infra dicentur.* 12. *Adde pro debito civitatis ſubditorum bona obligari.*

§. 31. Territorium.] 1. *Ex perſonæ conſequentia, & ſubmiſſione.* 2. *Effectus nonnulli juris territorialis.* 3. *Qua & ea veniunt quæ ſub territorio latent.* 4. *Extra territorium jus non extenditur.* 5. *Adverſus exteros Princeps ex propria occupatione territorium tenet.*

§. 32. Cauſas.] 1. *Per eaſdem rationes.*

§. 33. Actiones habet.] 1. *Quod ad externas coarcta; eaque naturæ lege, vel divina non definitas. & n. 4.* 2. *Internæ humano eximuntur imperio, licet caſu aliquo poſtea in notitiam pervenerint imperantis.* 3. *Secus ſi in actum externum deductæ, vel conſcientiæ obligationem ſpectes.* 5. *Etiam externæ eximuntur, quæ lege naturali vel divina aliter definitæ ſunt.* 6. *Quod etiam ad definitum agendi modum extende.* 7. *De non definitis ſacris & profanis libera principi eſt diſpoſitio.*

§. 34. In ipſis quoque actionibus quid juſtum, quid injuſtum, quid bonum, quid malum, ſententia ſua determinat.] 1. *In civili ſtatu: Actio enim in naturæ ſtatu nullo habito reſpectu ad moralitatem, rationem ſeu legem naturalem, indifferens eſt: igitur bona vel mala dicitur habito reſpectu ad legem naturalem; ejus autem ſub imperio Princeps interpres eſt cum effectu externo. & n.4. 2. Eſt etiam conſequens hoc judicium legiſlativæ poteſtatis, & obedientiæ debitæ. 3. Hoc ſenſu juſti & injuſti regulæ civiles ſunt, 5. Et actio eadem bona, neceſſaria, juſta, & æqua, diverſo reſpectu.*

§. 35. Proprietates lege publica diſcernit.] 1. *Dum unumquemque in poſſeſſionibus ſuis ab aliorum injuſta occupatione tuetur. 2. Sed & jus habet quædam communia relinquendi. 3. Atque eatenus de furto lex civilis eſt, tanquam de proprio & alieno lata: neque tamen ius naturale prohibens furta mutatur, 4 Hinc & de vi pactorum circa alienationes judicium. 5. Et juſta per præſcriptionem alienatio.*

§. 36. Et ipſe dominia propria habet.] 1. *Non jure regni, patrimonialia, regna donatione, teſtamento & armis quæſita. 2. Jure regni, loca in territorio vacua, res non poſſeſſas, nullius, ex ratione occupationis liberæ. 3. Quæ publica dicta. 4. Res communiter poſſeſſæ delato imperio communes manſere, cum dominio eminente, quo uſus poſſit naturalis tolli. 5. Sic montium, ſylvarum uſus per legem civilem ſublatus. 6. In flumine piſcatio publica. De navigatione remiſſive. Aqua profluens uſu communis ad utilitatem innoxiam. 7. Et fodinas effodiendi jus ſublatum. 8. Et in theſauros, bona ejecta, naufraga, caduca, vacantia, & alluviones; quæ omnia magis imperantis propria ſi terra per univerſitatem occupata fuerit. 9. Mare ante imperia inter res communiter*

niter poſſeſſas: Vtrum proprium fieri reſpectu principis vel populi alterius, diſputatum: affirmativa aſſeritur ex generali facta Adamo donatione, & ſecutis terrarum diſtributionibus, deinde quod nullo jure naturali vel divino ejus proprietatis acquiſitio prohibita ſit, unde facultas manſit naturalis. 10. *Tandem ex uſu gentium.* 11. *Neque proprietati vel occupationi maris natura fluxilis repugnat.* 12. *Nec quod interminabilis.* 13. *Nec quod vaſta nimis. Obſtat unius hominis vel populi impotentia, unde pro partibus occupari a pluribus poteſt.* 14. *Nec proprietatem impediunt, qui uſum communem eſſe volunt.* 15. *Patere commercio, & navigationi innoxiæ debet.* 16. *Non idem de piſcatione, & uſu ſimili eſt judicium.* 17. *Sin omnis omnibus pateat uſus, vix eſt ut nocere proprietatis nomen poſſit.* 18. *Vindicari tamen is uſus ab egente poteſt.* 19. *Qui non conſentiit ius ſuum, ut in rem non diſtributam, retinet.* 20. *De dominio in loca extra territorium inculta ſupra dictum.*

§. 37. Juriſdictionem habet omnimodam.] 1. *Quippe in qua vis præcipua Majeſtatis ſit, & juſtitia, & obedientia, & pax, & ſecuritas.* 2. *Habet autem juriſdictionem ex tranſlato indicandi jure, ſingulis in naturæ ſtatu competente.* 3. *Virtus ejus eximia in executione conſiſtit.* 4. *Ad perſonas extenditur, & circa res occupatur, & territorium, cauſas, actiones. Ad perſonas exteras, quibus Legatos accenſeo, & ſociorum ſubditos, & æquales ſeu æque ſummos, non pertinet.* 5. *Qui in territorio reperiuntur, juriſdictioni imperantis ſubſunt.* 6. *Imperii partes privatorum loco ſunt.* 7. *Alia fœderatorum ratio eſt.* 8. *Jus dicit per ſe, etiam ab erectis tribunalibus avocationis jure.* 9. *Sententia nec Principi jus facit, nec*

Ju-

Judici. 10. *Juriſdicendi facultas & judicialia ab judiciorum inſtitutione dici cœpere.* 11. *Modus ſuum conſequendi in naturæ ſtatu vis erat, quo jus venit vel res ipſas, vel tantumdem, vel plus etiam accipiendi.* 12. *Redit jus naturale ubi judicia ceſſant.* 13. *Unde repreſſaliarum uſus.*

§. 38. Provocationi nulli obnoxiam.] 1. *Quia ſuprema eſt.* 2. *Unde & gradibus appellationis modum etiam circa ſacra præſcribit.* 3. *At commune quandoque inter plures ſummos eſt appellationis judicium.*

§. 39. Mali vindex idem ſeverus, idem benignus.] 1. *Pœna jus non eſt ſingulis, nec naturæ, nec zeli jure.* 2. *Imperanti eſt ex juris naturalis renuntiatione, & officii ſui neceſſitate, quo & ipſe, & civitas, & ſinguli defendantur, mali coerceantur, exemplo aliis: qui pœnarum fines.* 3. *Vanum imperium ſine plectendi jure eſt. Legi igitur appoſita pœna ſit, quæ major malo, & ad fines attemperata ſit.* 4. *Pœnæ diſtinctæ per naturam non ſunt, nec per legem Hebræis datam: igitur ab arbitrio imperantis pendent.* 5. *Pars legis pœnalis ſolos magiſtratus obligat.* 6. *Extra delinquentes pœna non extenditur directe.* 7. *Soluta pœna civili divinum manet ſupplicium, quomodo à privato remiſſa injuria civilis manet vindicta. Sic adulterium coram* Deo *eſt, quod lex civilis pro adulterio non habet, & pœna cum manet divina quem lex civilis non punit. Similiter & exceptio in lege civili homicidio appoſita, quam quis injuſtam putet, à crimine homicidii & pœna non eximit.* 8. *E converſo, ſi lex civilis committi homicidium dictet, ubi naturalis exceptionem tribuit, non homicidii coram* Deo, *ſed inobedientiæ reus erit.* 9. *Actiones internæ ſub humano non cadunt ſupplicio.* 10. *Nec quæ extra publicas ſunt tabulas.* 11. *Nec principum actiones.* 12. *Utrum actus contra leges nullus ſit, remiſſive.*

§. 40. Idem benignus.] 1. *Dum vita moderator*

&

& legum ſit. 2. Exceptis criminibus adverſus legem Dei pœnalem admiſſis. 3. Niſi circumſtantiæ aliud ſuadeant. 4. Extende ad pœnas eccleſiaſticas. 5. Poſt mortem factæ reſtitutionis exemplum. 6. Ad gratiæ ſpeciem aſyla refer. 7. Nihil horum magiſtratibus inferioribus. 8. Adde, tolli ſupplicium divinum, vel damnum privatum per gratiam non poſſe.

§. 41. Dignitatum omnium fons eſt, & author.] 1. *Ante imperia dignum vel ſpectabile nihil fuit: vel cum ſubjectione in principem tranſlatum eſt. 2. A Principe igitur omnis dignitas manavit. 3. Hinc inter cives inæqualitas, & dignitatum ordo.*

§. 42. Qui rempublicam adminiſtrent, jura Majeſtatis exerceant, magiſtratus.] 1. *Quippe fons ſit dignitatum. 2. Et curam habeat totius, quam ſublevare ei quoquo modo liceat. Hinc creatio magiſtratuum inter jura eſt majeſtatis. 3. Juris exercitium magiſtratibus committit revocabiliter. 4. Quo reſpectu Principis perſonam repreſentant: cætera privata. 5. Creari neceſſitas publica coegit. 6. Sic ut Principis partes in exercitio non excludantur. 7. Functiones elargiri monarcha hereditarias non poteſt. 8. Cui mandata electio eſt, eligere dignum tenetur.*

§. 43. Miniſtros ſingulos publicos.] 1. *Singulos, nam & pluribus poteſtatem communicat, ut uni. 2. Nulli reipublicæ adminiſtratio ſine permiſſu Principis permittitur. 3. Cui permiſſa eſt, loci ſervatorem conſtituendi licentiam non habet. 4. Perſonæ publicæ ſunt. & politicæ. 5. Quales Judices, Eccleſiæ Paſtores, aliique. 6. Quatenus principem non repræſentant, privatæ ſunt.*

§. 44. Vel collegia inſtituit.] 1. *Publica, quia partem in reipublicæ adminiſtratione faciunt. 2. Quæ ordinaria, eaque permanentia & certis temporibus indicta, vel extraordinaria. 3. Quorum una actio dicitur; licet vota plura. 4. Vel diſſentientes in malæ*

actionis partem non veniant. 5. Cogit princeps invitos, & invitos reſolvit: qui continuaverint, crimen contrahunt Majeſtatis. 6. Convenire de negotiis publicis jus & nota eſt Majeſtatis. 7. Publica alio ſenſu collegia ab ſola auctoritate publica dicta.

§. 45. Cætera privata, licita, vel illicita.] 1. *Naturaliter quidem convenire licet. 2. Illicita igitur ex prohibitione legis: prohibendi ratio ex fine non probabili. 3. Si probabilis prohiberi congregationes non ſolent; quin ſuo ſenſu publicæ dictæ. 4. Solent autem ſi non probabilis. 5. Si generalis prohibitio, nulla haberi congregatio niſi conſenſu debet. 6. Si ſpecialis, cæteræ jure naturali habentur: ut & per legem permiſſæ. Permiſſio perſonæ jus tribuit, & permittentem obligat. 7. Quæ tolerantur, nullo habentur jure. 8. Religionis cauſa temperatæ ex jure Romano ſunt.*

§. 46. Munera invitis imponit.] 1. *Perſonalia. 2. Ex jure in perſonam, & inſtituti imperii ratione, ne Reſpublica indefenſa ſit.*

§. 47. Parem in Territorio habet neminem, inferiores omnes.] 1. *Summo enim nihil adæquat. 2. Qua ratione principes exteri ei in territorio cedunt. 3. Sic ut nec præcedentiæ jus præſcriptione acquirant. cæteroquin in territorio neutro æquales ex jure æquali. 5. Ordo inter eos ferè ex tempore æſtimatur. Inter fœderatos primus locus ei debetur, qui plus participat in ſocietate.*

§. 48. Belli.] 1. *Quia ad defenſionem pertinet, quam procurare ad officium Majeſtatis ſpectat. 2. Secluſis ab eo jure privatis, & Magiſtratibus inferioribus; niſi quatenus à ſumma poteſtate datum. 3. Belli ſolennis, & juſti nomina (ubi de indictione) & effectus. 4. Refer huc arbitrium de juſtitia belli, & defenſivi, & offenſivi cauſis juſtis. 5. Quid, quantumque in bello liceat, circa res & perſonas.*

§. 49. Et pacis.] *Ne manere continuo in belli ſtatu teneatur. 2. Quia dirigere ad pacem omnes actiones tenetur. 3. Et reſpublicæ in ſpem æternitatis ſunt inſtitutæ.*

4. Si

4. *Si nihil dictum, pax contracta intelligitur quam leges naturæ dictant. quando pax rupta cenſeatur, remiſſive.* 5. *Mediatorum ſuadendi eſt auctoritas.* 6. *Pax quomodo ſervanda.* 7. *Quid guarantia.* 8. *Quomodo pax ab induciis differt.*

§. 50. Et fœderum] 1. *Neque enim fœdera injuſſu fiunt ſummæ poteſtatis.* 2. *Materia naturalis & civilis eſt. ubi de fœdere offenſivo & defenſivo.* 3. *Obligatio ut paciſcentium in naturæ ſtatu eſt: cum ſucceſſoribus, & cum rege pulſo manet.* 4. *Sponſio injuſſu fit: unde ipſum promittentem obligat, niſi conditionata ſit, vel princeps probaverit.* 5. *Conventionis publicæ ſignificatio.* 6. *In contrahendis fœderibus quid præcipue ſpectandum: & quomodo ſervanda.*

§. 51. Et Legatorum jus habet.] 1. *Ex connexione jurium præcedentium.* 2. *Et promptiſſima inter Principes commercii occaſione.* 3. *Neque tamen mittunt niſi qui Summi.* 4. *Exceptis caſibus.* 5. *Non mittunt victi bello.* 6. *Fœderati de negotiis privatis mittunt ſinguli.* 7. *Admiſſio voluntaria eſt ex territoriali jure, recepta gentium jure.*

§. 52. Viros militares conducit.] 1. *Quia ad defenſionem pertinet externam & internam: inde officium imperantis.* 2. *Subjectorum eſſe non poteſt.* 3. *Sed qui ipſi cogi ad bellum in caſu neceſſitatis poſſunt, cujus ipſe Princeps arbiter.* 4. *Nullis exceptis.* 5. *Per conductionem proprius cujuſque Principis fit miles: unde argumentum collige ad jura.*

§. 53. Ducit.] 1. *Quia voce omne quod eſt imperii complector, tanquam in proprium militem.* 2. *Ducunt Optimates per legatos, quibus reliqui imperantes ſubſunt.* 3. *Hinc Regis, non Ducis exercitus.* 4. *Pertinet jus delocandi militem.*

§. 54. Solvit.] 1. *Ex conductionis lege: unde & conductus miles ei obedientiam debet.*

§. 55. Dimittit.] 1. *Quia conduxit.* 2. *Sed in quo fœderi magis, quam fœderatis ſingulis tribuendum.*

§. 56. Qui

§. 56. Qui ſubalterno præſint imperio ipſe eligit.] 1. *Quia toti praeſt imperio univerſali, & ab eo omnes dignitates promanant, & ipſe praſens vacare omnibus nequit.* 2. *Eligit etiam inferiores mediate per electos ſuperiores.* 3. *Non eligunt principes extranei, neque ſubjecti.* 4. *Electio ad obedientiam plurimum facit.*

§. 57. Et ſacramento obſtringit.] 1. *Imperantes.* 2. *Quia conduxit, & ab eo ſtipendia habent.* 3. *Et ex obligatione particulari, & generali.* 4. *Vnde & in milites imperium.*

§. 58. Quiſquis deliquit ſui Principis ſubjicitur ſeveritati.] *Non alterius, in militari judicio.*

§. 59. Niſi communis ſit miles.] 1. *Ex pacto generali, & univerſali, quo utroque jura omnia veniunt, qua militiam ſpectant, n. 2. enumerata.* 3. *Sed quorum nonnulla limitato pacto ſervari propria poſſunt.* 4. *Excepto imperio, & ex ſacramento obedientiâ.* 5. *Poſito autem ſolo imperio communi acquiri reliqua jura praſcriptione poſſunt.* 6. *Quin & ſi de milite communi nihil dictum ſit, fieri communis ex praſumpto utentium conſenſu poteſt.* 7. *Eodemque modo jura communiter conceſſa recuperari.* 8. *Pactum de defenſione communi non facit militem communem eſſe.* 9. *Quamquam videri ex eo de tenenda militum copia judicium eſſe commune.* 10. *Et ob defenſionem communem communis appellari miles, ſed improprie poſſit.* 11. *Pactum de eo jure generale laxius interpretandum: ſpeciale ſtrictius, quomodo ea qua praſcriptione acquiſita dicentur.*

§. 60. Monetam cudit, æſtimat.] 1. *Solius enim principis erat nummum introducere qui proprietates introduxerat.* 2. *Vnde bonitas interna & externa ab ipſo pendent.* 3. *Valor territorialis eſt.* 4. *Incidit in crimen majeſtatis, qui privatus monetam cuſſerit.*

§. 61.

IN NOTAS.

§. 61. Onera imponit ex arbitratu.] 1. *Realia, perſonalia, mixta: ex jure quod princeps in perſonas, & poſſeſſiones privatorum habet, & quia nummum introduxit: quia ad defenſionem neceſſaria.* 2. *Ad exteros etiam extenduntur.* 3. *Ipſe autem exactioni modum ſtatuet.* 4. *Æqualitas ad prudentiam pertinet.* 5. *Vectigalium ratio, & ſpecies.*

§. 62. Pecuniæ dominus eſt.] 1. *Vt diſponere de ea quatenus è republica judicaverit.* 2. *Exigendæ pecuniæ facultas ad jus refertur.* 3. *Recte uti prudentiæ eſt.*

§. 63. Sacra regit, ut profana; externa & lege divina non definita: hinc perſonas, res, actiones: diſtinctim ab Chriſti imperio.] 1. *Convenientia eſt, Sacra omnia externa, ut profana externa, imperio humano ſubjici, ex juris univerſalitate, per ſubmiſſionem generalem, qua nihil exceptum eſt: & aliis argumentis remiſſive.* 2. *Inter externa perſonæ veniunt: proindeque Fideles omnes, & Apoſtoli, & Prophetæ, & Presbyteri, ipſe etiam Chriſtus: & Eccleſia Imperatoribus licet infidelibus & diſſentientibus ſubiecta, etiam qua congregata accipitur. Sub veteri Teſtamento populus Dei Imperanti ſubjectus: ubi obiter ex fundamentis generalibus de imperio ſummo Abrahami, Moſis, Joſuæ, Judicum, Regum, Saul, David, Salomon, etiam in Levitas & Pontificem maximum: & Regno ſciſſo ſequentium, deinde Imperatorum gentilium in ipſum populum Dei. Specialia ſubiectionis argumenta remiſſive.* 3. *Veniunt etiam actiones, earumque circumſtantiæ.* 4. *Et res remiſſive.* 5. *Altera convenientia, Sacra pariter & profana interna humano eximi imperio; ſolam autem fidem ad Religionem internam pertinere, Eccleſiam inviſibilem humano non regi imperio.* 6. *Actiones internas ſolius Chriſti ſubiectas eſſe imperio.* 7. *Cujus imperii pars an legiſlativa ſit.* 8. *Perſuaſio*

per.

per doctrinam ad ſalutem, & præparata ad eandem via per mortem ad imperium non pertinent. 9. *Secus atque iuriſdictio in fine ſæculi.* 10. *Ex quibus diſcrimen à* Principum *ſecularium imperio.* 11. *Tertia convenientia eſt, Sacra & profana, quæ naturali lege vel divina definita ſunt, humano eximi imperio; cum fallentia in neceſſitatis caſu.* 12. *Imperium circa ſacra omne ſeculare ſeu temporale dictum.* 13. *Ex imperio vero generali ſummis poteſtatibus Paſtorum, Pontificum, & alia nomina; & ipſæ rectores, & capita Eccleſiæ.* 14. *Subiecta conſideratione in interpretum de Imperatorum jure generales ſententias.* 15. *Summa circa ſacra Maieſtas ſuperiorem vel collateralem non patitur.*

§. 64. Religionem publicam facit quamlibet.] 1. *Publicum quod in religione eſt, externum eſt.* 2. *Religio in republica neceſſaria.* 3. *Sed cum privata omnia in naturæ ſtatu.* 4. *Vt publica omnia à Principe.* 5. *Sic publica ab eo Religio venit; alio nomine externa.* 6. *Sola fides interna & privati iuris: unde & religio privata. Publicum quod in religione eſt, arripere non eſt ſubditorum.* 7. *Plurima ad publicam & externam referuntur.* 8. *Cujus regulæ, Publicam dici religionem, quà a ſumma poteſtate pendet. Et ab eo pendere neceſſario, qua publica.*

§. 65. Qui religionem doceant, ſacram faciant functionem, Miniſtros publicos conſtituit.] 1. *Functio enim publica à ſumma poteſtate eſt, ex natura publici. electionis Confirmatio dicitur.* 2. *Sed & ipſam Electionem Principi Chriſtiano competere, argumento probatur ex juris tranſlatione, atque adeò poteſtate univerſali. & n. 12. in fine.* 3. *Quæ limitata hic nulla lege reperitur.* 4. *Et argumentis ab officio ſummæ poteſtatis: Et fine imperii:* 5. *Ab Eccleſiæ & Civitatis unitate: Et jure patris in aſſignandis functionibus in familia.* 6. *Ex jure per ſe ſacerdotio*

fun-

fungendi. 7. *Et quod functionis aſſignatio ad Religionem internam non pertineat.* 8. *Et exemplorum, & patrum aliorumque authoritate. Diverſa conſideratio poſſet eſſe de Principum non Chriſtianorum iure.* 9. *Eccleſiæ non competit hoc ius ex ſacra authoritate deducta ex Matthiæ & Barnabæ electionibus. Incidenter competere Eccleſiæ naturaliter, & exercendum dare Apoſtolis, & aliis potuiſſe: Apoſtolos eligendi jus jure ſuo non habuiſſe. Quomodo facta electio per Spiritum Sanctum, & ſortem dicitur. Jus naturale, & conceſſum ab imperante Chriſtiano ſublatum.* 10. *Adde nec Eccleſiam ſine authoritate publica Eccleſiam eſſe cum effectu aliquo perſonali poſſe.* 11. *Eique nec tribui poteſtatem poſt imperia potuiſſe.* 12. *Si jure divino, oportere electionem ubique uniformem eſſe.* 13. *Nec Canones jus Plebi, nec Clero probant: ſed ſubjectis ordinem praſcribunt. Sic eligere ipſe Princeps per multitudinem vel clerum dicitur, ſed ipſam multitudinem eligere, cum Princeps eligit, improprie.* 14. *Neque faciunt exempla ab authoritate Principum, & jure conceſſo producta: Electio enim Eccleſiæ, ut aliis vario modo demandata.* 15. *Manente ſemper penes Principem, conceſſo etiam alteri jure, approbandi & improbandi ſeu reſcindendi poteſtate.* 16. *Ad jus conceſſivum jura patronatus refer.* 17. *Ordinatio vero per manuum impoſitionem ad Epiſcopos, Paſtores vulgo refertur, non neceſſario: Nec ipſa impoſitio neceſſaria.* 18. *Vt quidem ſacra & paſtoralis functio.* 19. *De reliquis muneribus minus neceſſariis minus etiam dubium eſt.* 20. *Mittendi jus nullum niſi ex conceſſione, ſed ea revocabili ſemper.* 21. *Eſt & ius Principis inter Paſtores gradus diſtinguere.*

§. 66. Deponit punit.] *Deponit quia jure ſuo conſtituit.* 2. *Et perſonæ, & actiones exceptæ generali non ſunt imperio.* 3. *Et miniſterii exercitium actus externus.* 4. *Deponit etiam nulla ratione aſſigna-*

ta. 5. *Cum & jubere fines excedere poſſit. Minus igitur de ſuſpenſione dubium.* 6. *Punit etiam, quia omnem habet juriſdictionem.* 7. *Vtriuſque iuris exempla.* 8. *Eodem iure reſtituit.*

§. 67. Imperium, juriſdictio omnis, & legiſlatio ad eandem pertinet.] 1. *Ex rationibus generalibus, remiſſive.* 2. *Et exemplis in principibus Chriſtianis & non Chriſtianis.* 3. *Sub juris-dictione venit in ipſos Paſtores verbo vel clavibus abutentes animadverſio.* 4. *Et cauſarum cognitio, vel priuſquam Eccleſiaſtici definiant, vel poſt rem definitam; ex motu proprio, vel a parte implorato auxilio; per extraordinarium, & appellationis remedium, & avocationem, & ſuſpenſionem.* 5. *Imperium & Juriſdictio civilis eſt, nec impedit ita dici quod circa ſacra & divina occupetur, & leges præſcriptas divinas habeat.* 6. *Fides juriſdictioni non ſubjacet.* 7. *Juriſdictioni adnexum eſt legum circa ſacra latio: quæ particularis & generalis.* 8. *Sacræ ſeu Eccleſiaſticæ dictæ leges objecti ratione: civiles à civili poteſtate, & n. 9. in fin. humanæ omnes, ut ab hominibus: quare principi ſubſunt.* 9. *Legiſlatio & Juriſdictio Paſtoribus & Eccleſiaſticis recte mandatur: mandata nomine ſummæ poteſtatis exercetur. Non obſtat quod ea jura Paſtoribus à Deo dicantur tradita. Nec Eccleſia jacturam patitur.* 10. *Inſcriptio & promulgatio legum nomine ſummæ poteſtatis facienda.* 11. *Etiam Eccleſiis diſſentientibus quandoque eadem jura conceſſa.* 12. *Semper revocabiliter.*

§. 68. Neutram partem, vel quod aliud eſt imperium adnexum miniſterium habet.] 1. *Quippe explicari officii partes omnes ſine imperio poſſint.* 2. *Et dare poteſtatem aliquam ſubjecti jam alii non poſſint.* 3. *Adde Chriſti imperium non fuiſſe de hoc mundo: Imperium Apoſtolis negatum: Ipſos Principibus monuiſſe obedire, & ipſos obediviſſe: Vnde nec*

Mi-

Miniſtris vel Paſtoribus imperium ; Nec Eccleſiæ, quamquam imperii actus exercuerit. 4. *Virga Apoſtolica, & traditio Satanæ non opus Apoſtolorum fuit.* 5. *Excommunicatio ante Principes Chriſtianos non actus poſitivus Paſtorum, vel Eccleſiæ ; ſed negativus, & ſingulorum fuit, quomodo privatus privatum excommunicat, & Eccleſiam: Eccleſia tamen aliquid quam privatis eſt amplius, ſed effectus privatus eſt.* 6. *Poſitivus igitur & publicus a Principum authoritate.* 7. *Excommunicatio per modum pænæ exerceri ob cauſam fidei non poteſt. Obſervandum non arceri hodie excommunicatos à templi acceſſione.* 8. *Nec ſolvi per eam paternam, aut maritalem poteſtatem.* 9. *Non extendi extra territorium, diſtinctæ territoriis ſunt Eccleſiæ.* 10. *Quibus conſequens excommunicari Principem non poſſe.* 11. *Principem diſpenſare pœna excommunicationis poſſe.* 12. *Eadem diſtinctio actus negativi & poſitivi in eo eſt, quod fugere Paſtores & exautorare dicimus.* 12. *qui ut excommunicatio actus civilis eſt.* 13. *Sed nec actus retentionis & remiſſionis in Paſtoribus propria juriſdictio eſt, ſed impropria ; propria peccatorum remiſſio & retentio Dei opus non hominis eſt, & ſpirituale imperium.* 14. *Impropria enim adverſus Principem exercetur, ſed cum modeſtia quadam.* 15. *Imperium vel Juriſdictio Paſtoribus vel Eccleſiæ quæ adſcribitur improprie, intra declarationem & ſuaſionem conſiſtit.* 16. *Unde nec legiſlatio vel ſimile imperium iis competit.* 17. *Niſi quando tota civitas Chriſtiana populari regatur imperio, vel in ſtatu naturali, vel ſub imperio ante prohibitionem Eccleſiam conſideres. Extra hos caſus mandatum Eccleſiæ, & Paſtoribus, quomodo olim Sacerdotibus, eſt imperium.*

§. 69. Et ipſa ſumma poteſtas non leges tantum proprias, ſed & naturales, & Veteris, & Novi Teſtamenti publicas facit, vimque publicam & ro-

robur publicum in civitate accommodat.] 1. *Sunt enim leges: ſunt divinæ. Omnes obligant qui Deum earum auctorem agnoſcunt. Sic naturalium & poſitivarum authoritas à* Deo, *& Scriptura a* Deo *canonica: negantibus à* Deo *eſſe, leges dici vel authoritas à* Deo *non poſſunt. Obligatio, quatenus à ſingulis receptæ leges, privata eſt, & authoritas privata.* 2. *Publicæ fiunt, cum à ſumma poteſtate receptæ, ac probatæ fuerint. quando receptæ. Publici effectus in obligatione eſt externa: Vnde Scriptura à ſumma poteſtate Lex & Canonica dicta.* 3. *Leges naturales primum privatæ, earumque obligatio privata interna.* 4. *Deinde publicæ quatenus a ſumma poteſtate probatæ, inde obligatio publica ad externa, & ipſæ leges civiles.* 5. *Decalogi lex publica, quia Moſes eam in civitate probavit, cum ipſe populo tulit; ni tuliſſet ne lex quidem populo, quia legiſlatorem ignorabat, & promulgatio deficiebat: ita à Moſe legi vis obligativa, quæ virtus & effectus eſt publici, ſed præcedente ſubmiſſione populi: Credentibus obligatio interna, non credentibus externa, non ſubjectis ne lex quidem, minus publica. Reſpectu publici decalogus lex etiam civilis dicta.* 6. *Sic & ab Moſe totum Pentateuchon publicum, deinde ab Ioſua, Saule, & Regibus ſequentibus: Deutronomium ſpecialiter ab Joſia Rege. cum effectu obedientiæ externæ.* 7. *Prophetarum ſcripta à ſummis poteſtatibus publica, cum reciperent, id eſt pro veris probarent ea: incidenter probandi pro veris argumenta, & cujus Prophetæ dicto in dubio ſtandum. Videndum ſemper utrum tanquam Prophetæ locuti fuerint.* 8. *Singulis etiam privatum de iis damus Judicium.* 9. *Apoſtolorum ſcripta regulæ privatæ privatis credentibus, unde obligatio interna; vis publica ab Imperatoribus acceſſit. Maximum quod ex publico accedit, confirmatio & defenſio eſt.* 10. *Conciliorum vel Eccleſiarum*

de-

decreta non ſunt Leges: ſunt regulæ recipientibus ea, ſed privatæ. Publicæ ab Imperatoribus receptæ. 11. *De Apoſtolorum decreto Actor.* 15. 28. *ejuſque efficacia.*

§. 70. Leges divinas interpretatur, & de doctrinæ controverſiis judicat, eodemque Judicio ſuo definitivo fidei articulos determinat.] 1. *Interpretationem & Judicium Principis intellige publicum, definitivum abſque Synodo, ſummum, imperativum, & certum.* 2. *Interpretandi enim facultas eſt definiendi, decidendi cum virtute publica; quæ ſoli ſummæ poteſtati competit.* 3. *Dubia etiam ſpiritualia.* 4. *Quod rationibus probatur.* 5. *Quare (miſſo ſingulorum jure ante imperia) penes Abrahamum, Filium, & Nepotem.* 6. *Deinde penes Moſem.* 7. *Poſt eum penes Joſuam, & ſequentes poteſtates.* 8. *Deinde penes Reges fuit.* 9. *Scriptorum igitur Propheticorum interpretatio penes eaſdem poteſtates fuit.* 10. *Sub novo fœdere ipſe Chriſtus legis Moſaicæ interpretationem Scribis & Phariſæis tribuit.* 11. *Chriſti interpretatio, & Apoſtolorum, & Eccleſiæ privata fuit.* 13. *Cum virtute publica interpretandi Chriſti dicta & ſcripta Apoſtolica, jus Imperatorum.* 14. *Etiam non Chriſtianorum fuit. Fidei articulos mutare, nec his, nec illis licet. Exercent hoc jus per ſe abſque Synodo.* 15. *Vis & efficacia interpretationis publicæ obedientia eſt externa.* 16. *Etiam ab eo præſtanda qui de interpretationis rectitudine dubitet.* 17. *Qui omnino non rectam putet obedire non debet, quamvis juſta coactio ſit.* 18. *Remedium in receſſu & patientia eſt.* 16. *Extra reſiſtentiam, quod ipſius Chriſti & Apoſtolorum, Martyrum, Chriſtianorum in vetere Eccleſia, & ipſius Populi Hebræi, & Virorum Sanctorum probatur exemplo.* 20. *In fidem internam interpretatio ſeu definitio*

 nu-

publica vim non exercet. Vti nec Synodorum etiam generalium definitio. fides enim privati eſt Iudicii. 21. *Quin acquieſcere internæ hominum ſententiæ nemo tenetur, vel tuto poteſt, vel non debet. eoque ſenſu interpretatio privata.* 22. *Paſtorum interpretatio declaratoria & ſuaſoria eſt.* 23. *Horum ſcientia ut jus non tribuit, ita principum ignorantia non minuit.* 24. *Manente & principibus jure, quæſtiones inutiles, & ſciſmaticas, & doctrinas paci publicæ inimicas amputandi.*

§. 71. Si cum Synodo placet.] 1. *Naturaliter quidem, etiam ſub imperio ante prohibitionem Synodus vel congregatio licita Eccleſiæ: ſub imperio autem pendere eatenus à ſumma poteſtate, etiam gentili, dicitur, quod prohiberi poſſit: maxime ſi jura perſonalia prætendat.* 2. *Iuris prohibitivi effectus eſt, illicitas & irritas omnes eſſe.* 3. *Ante prohibitionem privata Synodi actio, etiam inter conſentientes.* 4. *Poſt prohibitionem nulla, & contra obedientiam debitam.* 5. *Sub perpetua prohibitione non prætermittenda Synodus ad ædificationem Eccleſiæ.* 6. *Qui prohibere, idem indicere, permittere, negare poteſt.* 7. *Ex omni Synodorum fine.* 8. *Et per ſe jura, vel per delegatos abſque Synodo, quandoque prudentius, exercebit.* 9. *Synodorum enim licet inſignis ſit utilitas, aliquando tamen noxiæ, aliquando non neceſſariæ: de quo ſummæ poteſtatis eſt Iudicium.* 10. *Cum Synodo cognitio ordinaria vulgo dicitur.* 11. *Convocandi jus diſſolvendi arguit, etiam necdum confecto negotio.*

§. 72. Perſonas.] 1. *Naturaliter Eccleſiæ mittendi eſt poteſtas, ſed poteſtate civili mutabilis.* 2. *Vnde ipſa quos libet mittit, quod probatur etiam ex omni Synodorum fine: vel ſtatis temporibus habendis Synodis conveniendi vices præſcribit. Mittit invitos, & nondum electos, & laicos.* 3. *Alii competere hoc jus non poteſt.* 4. *Numerum definit.* 5. *Electos à Paſtoribus jure conceſſivo comprobat, reprobat.* §. 73. Ma-

IN NOTAS.

§. 73. Materiam.] 1. *Poteſt enim talis eſſe materia, de qua non utilis, vel non neceſſaria ſit Synodus.* 2. *Vnde circumſcribit, addit, limitat.*

§. 74. Tempus.] 1. *Quia circumſtantia eſt ad utilitatem pertinens.*

§. 75. Locum.] 1. *Eadem loci eſt ratio, cuijus territoriale accedit.*

§. 76. Ordinem præſcribit, deſignat.] 1. *Exemplo omnium Iudiciorum.* 2. *Et ratione generali.*

§. 77. In conventu ipſe præſens, ac primus, vel per ſe, vel per delegatos eſt.] 1. *Præſens, ut debite omnia agantur, ne pax publica turbetur, ut ipſe Iudicio ſuperiore rectius judicet: Adde principem à nullo collegio arceri poſſe.* 2. *Primus, quia primus in Eccleſia: reliquæ dignitates, & functiones ſubalternæ.* 3. *Actioni & ordini imperat.*

§. 78. Si placet & ſuam ſententiam promit.] 1. *Per ſe, vel per delegatos; nam & abſque Synodo poteſt.* 2. *Vtrum expediat judicare in Synodo, prudentiæ quæſtio eſt.* 3. *Prolata ſententia Iudicio principali poſt Synodum non præjudicat.*

§. 79. Eandemque & definitivam & ſummam poſt Synodum.] 1. *Quia Iudicio delegato ſuperior, & ubique ſumma.* 2. *Sive de conſilio, juriſdictione, fide, vel canonibus Synodi definitio ſit.* 3. *Ius approbandi etiam improbandi, & alia complectitur.* 4. *Quæ exercere princeps triplici fere modo ſolet.*

§. 80. Et ipſam ſacram facere functionem, quid prohibet.] 1. *Permittit ſingulis ſacra facere jus naturale, ſub cultu Dei naturali.* 2. *Imo jubet lex naturalis.* 3. *Vnde concurrere cum alia functione qualibet poteſt.* 4. *Cum a patribus fieri in familiis cæpta fieri ab imperante cæpit, ipſo imperii paterni jure; à primogenitis conſenſu, quam imperio magis.* 5. *Ab regibus extra gentem Hebræorum, & Melchiſedeco, & Moſe ſub gente Hebræorum.* 6. *Rationibus deductis*

ex jure naturali relicto, & ex jure naturali ſubmiſſo: Ex fine: Ex officio imperantis: Exemplo aliarum functionum. 7. Adde in perſonis nihil requiri ſanctimoniæ, ſecus atque ſub lege Aaronica. 8. Adde ſacrificia jubere Reges ſub lege ſpeciali potuiſſe. 9. Et alia ſacra extra ſacrificia exercuiſſe. 10. Sublata lege Aaronica, quod Moſi, Melchiſedeco olim, nunc ſummæ poteſtati jus non denegandum. 11. Non obſtat argumentum à requiſita manuum impoſitione. 12. Nec ex 2 Tim. 2.4. 13. Nec ex interrupta obſervantia. 14. Quid ſi ex neceſſitate jus hoc ſingulis concedamus?

§. 81. Quicquid tandem ad ſalutem populi internam & externam, ſervandam pacem publicam, tranquillitatem, defenſionem ducit, ipſe procurat, ſolus exiſtimat.] *1. Imperanti enim civitatis ſuæ reſpectu idem jus eſt, quod ſingulis in naturæ ſtatu ad conſervationem ſui. 2. Et officium in procurando fine imperii, jus ad media includit. 3. De quibus ſolus ipſe judicat, cum alterius non poſſit eſſe judicium. 4. Majeſtatem violat qui negotiis publicis ſe immiſcuerit. 5. Si cõmunis ex fœdere defenſio, fœderis magis quam ſingulorum de ea re ſtandum eſt judicio.*

§. 82. Jura hæc Majeſtatis ſunt, nullis circumſcripta limitibus.] *1. Jura intellige in exteriorem hominem. 2. Fines imperantium à lege ſunt, vel majore poteſtate; neutrum Majeſtas agnoſcit. 3. Quod reliquum præter jura eſt, ad habendi modum pertinet.*

§. 83. Quæ ſi negare ſubditus, iiſve detrahere, vel ipſe attrectare, Majeſtatis reus fit.] *1. Qui jura negat, obedientiam negat, in qua vis eſt imperii. Plus autem quam qui obedientiam ſimpliciter negat, is peccat, qui actum obedientiæ contrarium admittit, & jura Majeſtatis licet bono publico attrectaverit. 2. Sunt tamen hujus criminis gradus etiam infimi. 3. A non ſubdito, etiam vaſallo, non committitur. 4. Committitur ab originario, niſi conſenſu vel juſ-*

ſu

ſu receſſerit. 5. *Quibus modis committatur. An verbis, affectu ſolo, ſcientia?*

§. 84. Voluntas pro lege eſt.] 1. *Virtute ſubmiſſionis & imperii.* 2. *Sublatis liberæ diſpoſitionis incommodis.* 3. *Rationes quæ movent voluntatem pro lege habere.*

§. 85. In ſtatu Poliarchico quod pars major decreverit.] *Ex Vlpiani, & Scevolæ, & aliorum ſententiis, remiſſive.* 2. *Et rationibus, ne belli & confuſionis maneat ſtatus, ut deliberationum detur exitus, & abſurdum vitetur: ex quibus præſumptus coëuntium conſenſus.* 3. *Sed qui de jure naturali demat.* 4. *Vnde regula &c.* 5. *Quæ exceptionem patitur, ſi aliud dictum.* 6. *Vel inter plures, ut ſingulos agatur:* 7. *Pluribus fœderatis ſi in terminis negativis fœdus ſuperſuffragatio locum non habet: habet ſi in affirmativis, ſed ſuffragia eo caſu proportionibus, non per capita numeranda.* 8. *Suffragatio ſententiam diſſentientium internam non mutat.* 9. *Votis æqualibus de priſtino ſtatu nihil mutatur.*

§. 86. Voluntati obtemperandum & univerſis & ſingulis.] 1. *In obedientia officium eſt ſubjectorum, & vis imperii; tollitur jus omne in perſonam, & confuſio redit.* 2. *Adde exigendæ obedientiæ jus eſſe ex ſubmiſſionis fide: Vnde obedientiæ obligatio naturalis, & omni juſſione prior: adde ſacram authoritatem, & argumenta quæ imperium probant.* 3. *Externam intellige obedientiam, ad factum, ſimplicem, univerſalem.* 4. *Etiam invaſori.* 5. *Rationes quæ movent ad obedientiam.*

§. 87. De ratione nullus diſputat, nullus examinat, ſingulorum nullum eſt judicium. 1. *De voluntate principis ſeu imperio quod ſingulorum ſit judicium ſuperioritati & imperio repugnat, cum proprio judicio prius quam imperio obediant.* 2. *Adde inconvenientiam quæ oritur ex judiciorum diverſitate.*

tate. 3. *Si in concilio judicandum, ſubalternum & ipſius principis judicium erit.* 4. *Rationem reddere populo quandoque prudentiæ eſſe poteſt.* 5. *Eſt tamen in ſingulis privatum judicium, remiſſive.*

§. 88. Reſiſtere nefas.] 1. *Ex juris naturalis renunciatione, & ſubmiſſione, & ſacra authoritate, & rationibus pro obedientia omnibus.* 2. *Diſtinctis gradibus reſiſtentiæ.* 3. *Quando reſiſtere liceat, remiſſive ad loca particularia.*

§. 89. Magis ſolio deturbare.] 1. *Neque enim in judicio licet, quæ ſupremitatis nota eſt, niſi ſubalterna ſint Iudicia. Adde legibus civilibus principem ſolutum eſſe, & utrum contra divinas admiſſum ſit penes ipſum eſſe interpretari.* 2. *Minus extra Iudicium.* 3. *Impedit & juris renunciatio, & inter ſingulos pactum, & imperanti ſubmiſſio.* 4. *Pactum maiorem partem impedit.* 5. *Submiſſio omnes.* 6. *Quod & in Deſpota & Invaſore verum.* 8. *Exceptio eſt, niſi poſita imperio conditio ſit, remiſſive.*

§. 90. Occidere ſacrilegium.] 1. *Argumentis à minori*, §. 88. 89. 2. *Invaſorem excipe ante ſubmiſſionem.*

§. 91. Qualiſcunque ferendus eſt.] 1. *Ex recollectione theſium.* §. 86. 87. 88. 89. 90. 2. *& ſapientum authoritate.* 3. *Adde quod & Deo quandoque placet per Reges malos opus ſuum operari.*

§. 92. Divinæ autem ſupremi legiſlatoris, & naturæ, & humanæ poſitæ imperio leges poteſtatem limitant.] 1. *Tres nempe ſunt exceptiones.* 2. *Primo enim poteſtatem & jus Principum limitant leges naturales.* 3. *Deinde divinæ poſitivæ, ſingulares, particulares, & generales: Decalogi lex quatenus poſitiva.* 4. *Et Chriſti ritualium abrogatoriæ, & doctrina evangelica.* 5. *Legis naturalis promulgatio innata, unde tacita; poſitivæ à verbo, vel ſcripto, unde expreſſa.* 6. *Vtraque privatos & principes obligat,*

ligat, quia divina. 7. Naturales principes ſpecialiter qua homines, qua ratione præditos, qua Deo *ſubjectos. 8. Poſitivæ ſpecialiter obligant ex pacto, vetere & novo. Concluſio, principi ſervandas naturales & poſitivas leges. 9. Vnde nec prohibere poſſe imperata, nec imperare prohibita. non obedire peccatum non eſſe. Sola non definita ſubeſſe imperio. 10. Leges naturales & poſitivas etiam civiles dici. Voluntatem pro facto haberi. hæc de principum actionibus circa ſubjectos. 11. Inter ſe, id eſt poteſtates æquè ſummas, eadem naturalis lex & poſitiva actiones moderatur. 12. Adde gentium jura. 13. A quibus an recedendi juſta ſit ratio, principum eſt Iudicium.*

§. 93. Subditos obſequio ſolvunt.] 1. *Præciſo ſeu neceſſario. hoc eſt, non-obedientiam ſeu facti abſtinentiam permittunt. 2. Quæſtio proponitur, quando non obedire liceat. 3. Ad cuius determinationem nonnulla in memoriam revocantur. 4. Reſolvitur, eum qui dubitet ad obedientiam teneri. 5. Præciſe, in contumacem pœnam licitam eſſe. 6. Qui non dubitet ideo quod dubitandi argumenta non habeat, facere imperata debere: Qui ideo non dubitet, quod pugnare imperata cum lege naturali vel divina certo putet, obedire juſſus non debet; ne tum quidem cum peccatum putet alterius, puta imperantis, eſſe; vel juſſus etiam ſub mortis ſupplicio fuerit. Imo peccatum eſt obedire. 7. Iuſta tamen coactio eſt (unde refugium in patientia vel ſupplicii, vel mortis. n. 9.) 8. Licita etiam coactio, quamvis imperatus exequi ſe actionem ſine diſpendio ſalutis non poſſe, certo putet: magis ſi dubitet. 10. Reſiſtere non licet. 11. In actione voluntaria qui dubitet, abſtinere debet. 12. Conſcientia interrogari non poteſt. 13. Permiſſa per legem civilem quando non facienda, remiſſive.*

§. 94. Arctius imperium tenet, quem conditiones

nes obligant.] 1. *Tertia hæc limitatio eſt ex facto humano: Poteſt enim populus Imperio conditiones ponere, quæ imperantem obligant.* 2. *Generalis conditio eſt, ut officium præſtet, & ad Imperii finem adminiſtret.* 3. *Tacita ſpecialis hæc eſt, Ne forma mutetur, quæ* Populum, *Principem, &* Optimates *obligat.* 4. *Si conſentiendi in Regum acta, vel ea approbandi jus ſibi populus generale ſervet, Rege per omnia ſuperior eſt: Si jus ad certos actus ſpeciale, eorum reſpectu diviſum erit Imperium: Si dictum initio ut de ea non conſcriptis iis convenire liceat, jam juri approbandi aliud jus Maieſtatis accedit, de ea re jure ſuo conveniendi.* 5. *Quod Rex ipſe acta ſua rata eſſe nolit, niſi à Senatu probentur, jus non minuit.* 6. *Vti nec tempus vel precarium; quippe Maieſtas non ex tempore, ſed jure conceſſo noſcatur.* 7. *Conditiones Imperium non faciunt non ſummum eſſe. Leges fundamentales conditiones ſunt perpetuæ, unde adaptari iis actibus ſolent, quæ mutationem ex accidentibus non recipiunt. Jus Imperii fundamentale ipſa Maieſtas eſt.* 9. *Vis conditionum eſt impedire quodammodo jus, vel exercitium juris.* 10. *Quæſtio proponitur, quis de conditionibus violatis cognoſcet? Sublato dubio concluditur, toti populo hoc jus eſſe, vel Magiſtratibus proxime inferioribus, ordinis magis, quam juris ſtricti ratione, niſi aliud dictum. Sed quæ res armis magis definiri ſolet.* 11. *Poſt declaratam legitime violationem reſiſtere ſingulis, & omnibus, & regno privare Regem licere. non prius.* 12. *De Principe proprie dicto ſolius Senatus eſt Judicium: non ſingulorum, nec Magiſtratus inferioris; ne in caſu quidem notorio.* 13. *Licita reſiſtentiæ declaratio adverſus Regem abſolutum, Dominum, & Deſpotam, ſi perdere populum ſtudeat.* 14. *Vel enormiter*

miter ſæviat. 15. *Adde ſingulos recte Principis furorem arcere, fugere, declinare & reſiſtere ei licere.* 16. *Damnato vero etiam ſolius Principis Judicio patientia exercenda.* 17. *Si minus recte judicaverit, Deus in ipſum Judex erit.* 18. *Amittendi Imperii cauſa non ſtatim eſt legum aut juramentorum violatio, niſi expreſſe dictum. Eſt autem caſus n.* 13. *memoratus.* 19. *Occidere Regem invaſorem poſt pactum non licet, remiſſive.*

§. 95. Non potenter qui non plenum.] 1. *Plenum habet qui jura Majeſtatis omnia habet.* 2. *Non-plenitudo non-potentia eſt, propter iurium connexitatem, cum qui uno deſtitutus ſit, exercere ſufficienter reliqua non poſſit.* 4. *Si pars ſeparata penes alium ſit, ea parte mutila eſt poteſtas: quæ partes manent, ſeu quæ poteſtas manet, ea manca dicitur: quatenus ſeparata, diviſum vulgo imperium dicitur; minus proprie, quia jura dividuntur.*

§. 96. Diviſio interitum minatur.] 1. *Dividi autem poteſt. Ita vero ſi dividantur jura, ut quædam penes unum, quædam penes alteros ſint, vel nihil ſinguli vel omnia habent: unde impotentia, vel juſſuum contrarietas.* 2. *Quare Princeps ſi alii quid conceſſerit, quod exercere jura omnia Maieſtatis impediat, nihil actum videtur.* 3. *Sic nec recte cauſis ſeu actionibus diſtinguitur imperium.* 4. *Vti nec perſonis.* 5. *Nec territoriis.* 6. *At minus recte, ſi plurium, ſed conjunctim, ita ſit Imperium, ut alter ſine altero nihil poſſit, ſed nec alter alterum ſuffragio vincat.* 7. *Minime vero ſi plurium ut ſingulorum vel in ſolidum detur.*

§. 97. At tota reſolvitur Majeſtas quam vis ſubegit.] 1. *Impetus maris, armorum vis, terræ mo-*

nes obligant.] 1. *Tertia hæc limitatio eſt ex facto humano: Poteſt enim populus Imperio conditiones ponere, quæ imperantem obligant.* 2. *Generalis conditio eſt, ut officium præſtet, & ad Imperii finem adminiſtret.* 3. *Tacita ſpecialis hæc eſt, Ne forma mutetur, quæ* Populum, *Principem, & Optimates obligat.* 4. *Si conſentiendi in Regum acta, vel ea approbandi jus ſibi populus generale ſervet, Rege per omnia ſuperior eſt: Si jus ad certos actus ſpeciale, eorum reſpectu diviſum erit Imperium: Si dictum initio ut de ea non conſcriptis iis convenire liceat, jam juri approbandi aliud jus Maieſtatis accedit, de ea re jure ſuo conveniendi.* 5. *Quod Rex ipſe acta ſua rata eſſe nolit, niſi à Senatu probentur, jus non minuit.* 6. *Vti nec tempus vel precarium; quippe Maieſtas non ex tempore, ſed jure conceſſo noſcatur.* 7. Conditiones Imperium *non faciunt non ſummum eſſe. Leges fundamentales conditiones ſunt perpetuæ, unde adaptari iis actibus ſolent, quæ mutationem ex accidentibus non recipiunt. Jus Imperii fundamentale ipſa Maieſtas eſt.* 9. *Vis conditionum eſt impedire quodammodo jus, vel exercitium juris.* 10. *Quæſtio proponitur, quis de conditionibus violatis cognoſcet? Sublato dubio concluditur, toti populo hoc jus eſſe, vel Magiſtratibus proxime inferioribus, ordinis magis, quam juris ſtricti ratione, niſi aliud dictum. Sed quæ res armis magis definiri ſolet.* 11. *Poſt declaratam legitime violationem reſiſtere ſingulis, & omnibus, & regno privare Regem licere. non prius.* 12. *De* Principe *proprie dicto ſolius Senatus eſt Judicium: non ſingulorum, nec Magiſtratus inferioris; ne in caſu quidem notorio.* 13. *Licita reſiſtentiæ declaratio adverſus Regem abſolutum,* Dominum, *&* Deſpotam, *ſi perdere populum ſtudeat.* 14. *Vel enormiter*

miter ſæviat. 15. *Adde ſingulos recte Principis furorem arcere, fugere, declinare & reſiſtere ei licere.* 16. *Damnato vero etiam ſolius Principis Judicio patientia exercenda.* 17. *Si minus recte judicaverit, Deus in ipſum Judex erit.* 18. *Amittendi Imperii cauſa non ſtatim eſt legum aut juramentorum violatio, niſi expreſſe dictum. Eſt autem caſus n. 13. memoratus.* 19. *Occidere Regem invaſorem poſt pactum non licet, remiſſive.*

§. 95. Non potenter qui non plenum.] 1. *Plenum habet qui jura Majeſtatis omnia habet.* 2. *Non-plenitudo non-potentia eſt, propter iurium connexitatem, cum qui uno deſtitutus ſit, exercere ſufficienter reliqua non poſſit.* 4. *Si pars ſeparata penes alium ſit, ea parte mutila eſt poteſtas: quæ partes manent, ſeu quæ poteſtas manet, ea manca dicitur: quatenus ſeparata, diviſum vulgo imperium dicitur; minus proprie, quia jura dividuntur.*

§. 96. Diviſio interitum minatur.] 1. *Dividi autem poteſt. Ita vero ſi dividantur jura, ut quædam penes unum, quædam penes alteros ſint, vel nihil ſinguli vel omnia habent: unde impotentia, vel juſſuum contrarietas.* 2. *Quare Princeps ſi alii quid conceſſerit, quod exercere jura omnia Maieſtatis impediat, nihil actum videtur.* 3. *Sic nec recte cauſis ſeu actionibus diſtinguitur imperium.* 4. *Vti nec perſonis.* 5. *Nec territoriis.* 6. *At minus recte, ſi plurium, ſed conjunctim, ita ſit Imperium, ut alter ſine altero nihil poſſit, ſed nec alter alterum ſuffragio vincat.* 7. *Minime vero ſi plurium ut ſingulorum vel in ſolidum detur.*

§. 97. At tota reſolvitur Majeſtas quam vis ſubegit.] 1. *Impetus maris, armorum vis, terræ mo-*

motus, armorum, vel ſimilis. Qui ſuperſunt jura populi retinent, ſi defendere ſe adverſus alios poſſint. 2. *Armis ſubactum imperium deſpoticum fit, & victori in victos, eorumque res corporales, & incorporales jus ex conſenſu. Unde victo Regi qui non conſentit tituli & inſignia manent imperii.* 3. *Sine conditione deditos quatenus occidere liceat.* 4. *Imperium ex victoria abſolutum, plenum, & proprium. Quod electivum prius, a ſolo etiam victore pendet: & ab eo legum authoritas.* 5. *Acta tamen à priore Domino rata manent.* 6. *Poſtliminium jura reſtituit.*

§. 98. A Principe recedit, ſi in alium transferat.] 1. *Transferre Dominus poteſt & Deſpota, actu quovis, & in quemvis, pure vel ſub conditione.* 2. *Etiam Rex inſtitutivus, qui vel ex proprio patrimonio, vel fructu in proprium uſum deſtinato, regnum ſibi armis, vel prætio comparaverit. Si ex ærario publico, acquiſitum principi quod ad imperium, populo quod ad jus negativum alienationis dicitur; ſed alienabile ſi ſubjectos ſpectes. Ipſum imperium quod ex inſtitutione ſeu conſenſu tenet (niſi expreſſe dictum) alienare Princeps, nec Populus, nec Senatus poteſt. Transferre annitenti reſiſti poteſt, vel tranſlatum jure vindicari.* 3. *Semper autem reſtitui in manus poteſt eorum, à quibus ortum habuit.* 4. *Singuli delatum ſemel imperium transferre in alium non poſſunt.* 5. *Nec imperans qui coactum ſe dicet bellica poteſtate, ſi tenere populus velit.* 6. *Sic nec pars imperii libere alienari: Ut ex juribus Imperii aliquod.* 7. *Vel ditio aliqua, regio vel urbs particularis, etiam cum extra belli caſum neceſſitas publica obtendatur.* 8. *Nec res fiſcales ſeu patrimonium populi.* 9. *Quod idem de infeudatione, & oppignoratione dictum ſit.* 10. *Nec ſi vis bellica ſit, quæ reipublicæ minetur excidium.* 11. *Vel quæ ipſi urbi vel parti fiat.* 12. *Poſſunt tamen cives, vel major pars, vel milites ad conſervationem*

ſui

ſui dare. Non imperantis reſpectu ſi ipſe bellare velit. 13. *Quomodo nec extra vim bellicam à corpore recedere, ne obtentu quidem neceſſitatis, ubi juſſus imperantis contrarius obſtet.* 14. *Quod & dictum de civibus ſingulis jure præciſo eſto.*

§. 99. Vel ſponte deſerat, cum temporis præſcriptione.] 1. *Expreſſe, ſi verbo vel facto voluntatem declaret.* 2. *Res derelictæ in medio ponuntur, ut alterius fieri poſſint.* 3. *Ex quo deſertionis diſcrimen ab tranſlatione, & prahenſione agnoſce.* 4. *Poſſunt deſerere & tacite & expreſſe imperium qui jure proprietatis habent, unde pater in filiorum præjudicium.* 5. *Succeſſionem lex defert.* 6. *Tacitam derelictionem præſumptiones probant, præſumptiones argumenta, qualis juris negligentia, quæ aliis iterum argumentis colligitur.* 7. *Tacitam tempus, & probatio, & acquirendi modus ab expreſſa diſtinguunt.* 8. *Vtraque inter Reges obtinet.* 9. *Poſſeſſionem qui facto interrumpit deſeruiſſe minime dicendus eſt.* 10. *Nec acquirit, qui habere animum ſibi habendi nequit. Quales ſummæ poteſtatis reſpectu Magiſtratus.* 11. *Quibus Principes proprie dictos accenſeo.* 12. *Acquirere Imperii Ordines ab invicem & imperantes ſummi poſſunt.* 13. *Et diviſo Imperio ut Rex à Populo, ſic Populus ab Rege poteſt.* 14. *Non ſi abſolutus, niſi expreſſe deſerat.* 15. *Deſerto Populo jus naturale redit.* 16. *Quod & in parte Imperii, & ſingulis verum eſt.*

§. 100. At naturaliter deponit, ſi vita functus, hæres Imperium non excipit.] 1. *Vt deficiente eo; quod non uno modo contingit.* 2. *Eſt autem conſtituendi hæredis Deſpotæ, & Domino, & Patri facultas.* 3. *Non ſi qui jure temporario, vel ad vitam imperium teneat: ibi incidenter de Succeſſore nominando.* 4. *Vel Rex etiam ſimpliciter & abſolute datus.* 5. *Manet enim Populo ſucceſſorem dandi poteſtas, niſi jus*

in

in alios tranſtulerit. 6. *Idem circa exhæredationes jus eſt.* 7. *Dum pendet electio tempus interregni dicitur, & nullum corpus politicum.* 8. *Manent tamen primæ ante ipſam ſubmiſſionem & electionem obligationes.* 9. *Et Populo jus negotia interim per ſe adminiſtrandi.* 10. *Electores conſtituti interim per ſe continuandi Imperii jus non habent.* 11. *Dum fœtus in utero eſt, ut Rege minore regni negotia curanda.* 12. *Acquirere Rex à Populo diſponendi facultatem non delatam poteſt.* 12. *In plurium Imperio deficere hæres non poteſt.* 14. *Deficiente Domino ſervi ſui iuris fiunt, ut primævo naturæ ſtatu.*

NO-

NOTÆ
IN
POLITICAM
CONTRACTAM
GENERALEM,

Singulis Paragraphis ſubjectæ.

§. I.

Principio rerum, ante gentes nationeſque, lex ſtatim naturæ fuit; non ſtatus ante naturæ legem] Politicam ab ipſis principiis ordimur. Status ante naturæ legem, qui ſibi fingat, dici *libertatis*, ac *juris abſoluti* poſſet. Finge tibi hominem ante naturæ legem, quæ ſimul & divina antiquiſſima eſt, jam nulla lex erit. quod lege nulla prohibente fit, jure optimo fie-
1. ri dicitur. Cæterum fingi is ſtatus ante vel extra naturæ legem non poteſt *: Lex enim na- * §. 1. *n.* 1.
2. turalis rationi cognata eſt, & ipſa eſt ratio: ra- *poſt med.*
tio cognata homini, dum primis parentibus ſtatim indita, creatis ad imaginem Dei: quare niſi lex ſimul ponatur, concipi ratio in homine non poteſt, dum rationem atque concipias, legem ſtatim neceſſario concipis: Ab homine enim jam creato rationem ſi demas, ſeu neges ei potius, vel extra legem conſtituas, bruto

efficies ſimilem, & ipſum etiam brutum, a quo hominem ſola ratio diſtinguit. Statim igitur atque ratio exſtitit, poſitus homo ſub lege fuit, nunquam ſine lege, vel extra ſtatum legis *. Inde & in hominem regni Dei per naturam initium, non quale ex creatione & dominio ſolo, vel omnipotentiæ jure in animantia cætera habet, ſed per leges naturales, quæ omnem facultatem agendi moderentur, ut eo poſito regno, & legibus, in homine jus proprie non ſit, quod rectæ rationi non conveniat. Hoc ſenſu 3.
rectiſſime lex naturalis juris abſoluti ſeu libertatis effrenatæ vinculum dicitur, ſecundum nonnullos nomen a ligando derivans, quaſi libertatem naturalem liget. libertatis non impeditæ vincula ſunt leges. *Libertas* igitur, & 4.
jus, & *juſtitia* ex lege ante imperia naturali metienda. Hinc & libertas & jus in eo ſtatu facultas eſt faciendi, niſi quod ea lege prohibeamur. Rejicienda opinio quæ jus aliquod fingit ante vel extra naturæ legem, quaſi repudiata in homine ratione, ex potentia & appetitu ſolo, quæ §. *ſequenti* confutabitur.

* *Omnino* §.2. *n.*10.11.

§. II.. *Poſita naturæ lege, jus omne non potentia, non appetitus, non quid utile, ſed ratio determinat.*] Nova prodiit Philoſophia, quæ jus 1.
hominum in naturæ ſtatu ſolâ *potentiâ, cupiditate* ſeu *appetitu* definit: ut tantum jure cuiquam liceat quantum potentia valet, vel appetitu volet, nihilque prohibitum niſi quod nemo cupit, aut nemo poteſt: de modo nihil attendi, atque adeo vim, dolum etiam poſthabita ratione, licitum eſſe, capere omnia, & habere licere quo quis facilius modo poterit: pro hoſte haberi qui impedit quo minus quis animum expleat ſuum. Diſſolutam hanc & effrænatam po-

potentiam, cupiditatemque. Viri ſane non indocti pro actionum noſtrarum regula tradidere & naturæ leges appellaverunt, ſecundum quas agere ſummo jure liceat. Sic enim perſuadere

2. conantur: Cum nihil creatum propria poteſtate exiſtat, vel operetur, ſed ſola Dei æternâ potentiâ, ipſam potentiam qua homo operatur agitve, ipſiſſimam Dei eſſe potentiam, quatenus abſoluté libera eſt; ea autem cum abſoluté libera ſit, & hominis liberam eſſe; tantum igitur homini in naturæ ſtatu liberum eſſe agere, quantum potentia ſua poſſit, & appetitu

3. volet. Deinde ſola ratione jus tunc demum determinandum volunt, ſi ita comparatum cum natura humana eſſet, ut homines ex ſolo rationis præſcripto viverent, nec aliud conarentur: ſed homines cum cæca magis cupiditate quam ratione ducantur, jus non ratione,

4. ſed quocunque appetitu definiendum. His poſitis, cum in ſtatu naturali omnia liceat, inferunt, injuriam omnem reſpectum ad legem ciuilem habere, ante eam injuriam, injuſtiam non extitiſſe: de adulterio, de homicidio, de furto, falſo teſtimonio prohibito leges omnes civiles eſſe. Principes ut qui in naturæ ſunt ſtatu, facere, imperare omnia licere: quæ imperant juſta facere imperando, quæ vetant, injuſta vetando: ſubjectos facere quævis imperata teneri: legem naturalem jubere quaſvis leges & mandata civilia ſervare: judicationem boni & mali, juſti injuſti indiſtincte penes ſubjectos nullam eſſe: & quæ plura in tractatu apparebunt. Primum ſane quod attinet, creatum nihil propria potentia operari, fateri omnino neceſſe eſt: at eam qua operantur ipſiſſimam Dei eſſe potentiam,

concedi iis minime, niſi homini divinam ſimul poteſtatem tribuamus, & omnia divina potentia agere; nec tantum, ſed & bruta animantia, cum & ad omnia individua extendant. Rectius igitur dicemus eſſe potentiam a Deo, tanquam naturæ & omnium authore; ſub naturæ enim voce facultates veniunt naturales, inter quas potentia eſt naturalis*: Non quod Dei potentia in hominem transfuſa, vel ei communicata; vel ipſe homo pars Dei, * vel ipſe Deus ſit: ſed vero homo, & omnes facultates ejus humanæ: niſi quis & ſenſus appellare divinos, & ipſam vocem divinam, intellectum & judicium divinum, & alia divina; idemque de brutis affirmet, quod quam abſonum ſit, & incongruum, & impium nemo non videt. Neque rationem video ejus reſtrictionis, qua ipſiſſimam dicant Dei eſſe potentiam quatenus hæc abſolute libera eſt, non etiam quatenus omnipotens hæc eadem eſt potentia; quippe quod eidem potentiæ non minus proprium eſt, atque liberam eſſe: ſed quo conceſſo nihil dici poteſt magis impium, dici tamen deberet, Hominem nimirum Deo poteſtate æqualem, qui ex appetitu, voluntate ſua omnia jure poſſit. Sed & ita comparatum cum 5. natura humana non eſſe, ut homines ex ſolo rationis præſcripto vivant, nec aliud conentur, ſed cæca magis cupiditate & appetitu vitam inſtituant, nemo non compertiſſimum habet: Verum ex eo jus deducere non ſatis tuta mihi argumentatio videtur: neque enim an jure agant homines ex eo judicandum quo quid affectu, quo appetitu agant, ſed quo modo agere debeant. debent autem eo modo quem rectæ rationis neceſſitas, hoc eſt lex naturalis im-

* §. 17. n. 4.

* Introd. §. 1. n. 13.

6. imponit, ut ſupra dictum *, & infra plenius *. Cœterum in infantibus, furioſis, mente penitus captis, inſanis, cum nulla quidem, vel immatura ſit ratio, de eorundem actionibus, jurene, an non jure agant, accuratius videndum: etenim ſi jure dicamus, certe agere appetitu, cupiditate ſola, & potentiis iis licet. Diſtinguendi autem in hac quæſtione infantes & furioſi ab iis qui nulla penitus utuntur ratione. Infantium creſcente ætate indies creſcit ratio, & furioſorum dilucida ſunt intervalla, quod in aliis non reperias. Dum in infantili ſint ætate, & furore pleno inſanis, mente captis comparandi: agentes autem in hoc ſtatu ſi actus legi naturali adverſetur in ordine ad hanc legem peccant, ſed peccati voce in latiore ſignificatu accepta, quo factum omne ſignificat adverſarium legi, itaque non jure agunt: Quatenus autem peccatum culpæ intelligas, quod pænæ ſubjicitur, non peccant, ipſoſque cupiditate magis & potentiis quam ratione agentes, etiam cum factum rationi repugnat, ipſa recta ratio excuſat, quæ non permittit non nocentem, qui uti ratione non valet, pœnæ ſubjici ac culpæ reum fieri; ipſa enim ratio qua uti non valet, regula eſt juris, itaque ut ab uſu rationis excluduntur, ab obligatione legis excludimus, quæ ſanos homines & maturos requirit. Adde dictatum rationis tenorem legis eſſe naturalis, quare obligatos tenere ad quos tenor non pervenit nihil magis poteſt, quam lex civilis non promulgata vel ad quos pervenire promulgatio nequivit *: itaque jure agunt. Ab his autem ad Philoſophiam novam qui argumētum ducit, nihil aliud objicit, quam quod beſtiæ ratione non agunt,

* *Tot. §. 1. & hic n. ſeqq.*

* *Conf. §. 27. n. 9.*

indeque jus eſſe ex potentia, appetitu agendi; quippe ad furentes & plene infantes obligatio ex ratione nihil magis, atque ad beſtias pertinet. *Si luſcinia eſſem, facerem ut luſcinia*, dixit veterum quidam. Agentes igitur hi potentia, quod non congruenter (niſi fortuito actum congruentem fecerint) naturæ legi, hoc eſt ratione egerint, non jus probat, ſed contra utendi ratione impotentia ipſos non jure agentes ab injuſtitia excuſat. Cum autem peccent 7.
infantes magis, quanto in iis ratio vigeſcit, rationis uſum alibi leges civiles ætate præſumunt ſimulque definiunt, alibi prudentiæ judicantium permittunt; interim dum ad vitæ inſtitutum quod ætas negavit, parentum ratio ſuppleat. *Furioſi* ſub dilucidis intervallis ut ſani peccant; quippe dum in iis ratio redit, legis virtus redit, quæ obligatos ratione præditos omnes tenet. Sic nec ex eorum potentiis, ap- 8.
petitu jus eſt. *Vtilitatem* quod attinet, eam quisquis in naturæ ſtatu ex recta ratione judicare debet. ratio regula eſt juris & utilitatis. ita quod utile, licitum ex dictamine rectæ rationis eſt, quæ inviolatas leges naturales ſervat. Sic nec jus ex utilitate dicimus. Aliud de utili ſub imperio eſt judicium. Ita remotis contrariis concludendum, *regulam & normam juris ſeu faculta-* 9.
tis agendi in omnibus hominum actionibus, non nudam indomitamque potentiam, appetitum vel utilitatem ſimplicem, ſed *ſolam, rectamque rationem eſſe* *. hoc eſt, quod brevius dicetur, Jus in naturæ ſtatu ratione, non potentia, non appetitu, non utilitate definiri. Probat quod ſupra de 10.
origine & principio legis naturalis, & per eam de initio Regni Dei per rationem dictum. * Sed & ſi quid juris ſit ex eo quod ipſius Dei eſt,

* §. 1. *n*. 4. & *n*. 12. *hic*.

* §. 1. *n*. 2.

eſt, derivare placet (qualem potentiam hominis prædicant) quid Dei magis eſſe poteſt, quid divinum magis, quid ad Deum propius accedere, quam ipſa ratio, ipſum lumen divinum,
11. lux ab ipſo Deo innata * ? Id enim eſt, quod * *Introd.*
in Scripturis, *Imago, ſimulacrum* Dei: nec 4. *n.* 4.
aliud quod divinus Vates, dum creaſſe Deum mortales ſcribit angelis paulo minores. Sed reſpondeat qui rationem in dijudicatione juris ſeponere velit, cur in naturæ ſtatu Deus homini rationis lumen indidit? cur pro lege cordibus inſcripſerit? an vero ut bruta, effrænata cupiditas, & inſana potentia præpolleret? ſatius fuiſſet hominem irrationalem creaſſe, & beſtiis parem, & ſine judicio, quod ſola ratione conſtat: ratio vero præſtantiſſimum Dei donum, quod hominem à cæteris animantibus diſtinguit, non fruſtra nobis divinitus data, ſed ut operetur neceſſario. quota quæque pars corporis humani operationes ſuas non habet neceſſario? quæ ſi ſingulæ quieſcerent, jam non homo ſed truncus erit, corpus immotum, non vivens. Igitur ſi operari ratio in homine neceſſario debeat, quis uſus ejus eſſe poterit niſi in actionibus humanis? vel detur alius: ſi nullus? dicendum, voluiſſe Deum homines in omnibus actionibus ſuis ratione uterentur neceſſario, & recta actio vel minus ſit lumine divino judicarent, quo ſupra omne
12. dedit creatum excellere. Sic RECTA RATIO actiones noſtras, facultatem ſeu potentiam, appetitum, & utilitatem in ſtatu ante imperia, ut in Civili lex civilis, in Chriſtiano Chriſtiana temperat. Quicquid igitur contra rectam fit rationem in naturæ ſtatu, extra jus æque eſt agentis, atque in civili ſtatu quod lex

* Introd. §. 3. n. 13.
* Inſr. §. 5. n. 4.

civilis prohibet *. Unde & illud; *Poſſe quem non dici, quod contra jus poteſt* *. & *moraliter impoſſibilia quæ contra legem ſunt naturæ:* quomodo *turpia* Juris-Conſulti impoſſibilium nomine complexi ſunt. Hoc fundamento ex recta ratione derivato, in tractatu paſſim illationes ex Philoſophia nova diſcutiuntur.

§. 3. *Primum autem ratio dictavit inſtitutam initio à Deo pacem inter homines colendam: deinde quod bonum appetere, idque niti conſervare; mala contra vitare, arcere, propulſare; quo conſervatio maximè ſui & rerum, & defenſio juſta ſpectant. Lex prima inter omnes. Unde procul-dubio ad hæc jus dedit.*] Primævus nempe, in quo Deus omnis rectæ rationis author hominem conſtituit, ſtatus is *pacis* fuit. unde & ipſe Deus pacis. ſtare enim & perenne eſſe genus humanum voluit *, interiturum certo ſub belli ſtatu*. Probat & hunc ſtatum naturæ lex ſtatim ab initio innata, *Alterum non lædere:* & quæ ab hac dependet altera, *Pacta conventa ſervare.* Utraque ad ſervandam pacem data, Neutra neceſſaria, ſi pax non ſervanda. A ratione autem cum ſit is ſtatus, ex principio intelligente derivamus. A Deo autem cum ſit ratio in vim legis & præcepti naturalis, principium obligans eſt. Nec tamen ei ſtatui pacis *Jus* nec *Lex* repugnat de *conſervatione ſui.* Naturâ mortales omnes ea quæ bona videntur ſequuntur, fugiuntque contraria. Sic a natura bona appetimus, ut a malis natura declinamus. Omnia quæ natura aſpernatur in malis ſunt, quæ adſciſcit in bonis: omnis enim actus voluntarius naturaliter objectum agenti bonum habet, etiam in primævo illo ſtatu. Prima naturæ Philoſophi appellant. Nos ut appetitum nudum, naturæ impetum, qui brutis eſt communis, in

* Add. n. 3. hic.
* §. 11.

1.
2.

ju-

juris quæſtione excludamus, prima hæc appellamus, quæ naturalis ratio ſtatim, non longe petita ratiocinatione inſinuat, dictat. Sunt enim alia ex his primis per deductas conſequentias, illationes, derivationes quaſdam profluentia, de quibus non adeo facilis ratiocinanti occurrit definitio, quas proinde materiam appellare liceat ſecundæ indagationis: ut quæ defenſio juſta, quæ vis licita, quis nocens dicatur occiſus, quis innocens, quæ læſio dicenda, quid invadere alienum, quæ neceſſitas ſumma, & quæ plura dari poſſint, quorum prima manifeſtiſſima occurrunt. Ex his igitur primis apparet, naturaliter appetere homines, quod optime ſibi eſſe putent, in eoque niti ſe ſtatu conſervare, hoc eſt quod in theſi, *bonum appetere, idque niti conſervare* diximus. Inde *Jus*, quam facultatem non injuſtam ad aſſequenda bona, aſſequuta ea juſte habendi, poſſidendi, ne natura pugnantia & incongrua velle videatur, dum ipſa hæc dictet, jus ad ea neget.

3. Inter bona conſervatio maxime ſui eſt. Unde *jus* ad conſervandum ſe etiam ſub primævo illo pacis ſtatu. Sed & Lex eſt de *conſervatione ſui* prima omnium, ac potiſſima, quæ in concurſu legum ſeu conflictu rationum, ut fortior ac potentior cæteras omnes vincit, omnibuſque prævalere debet. Quod ratione probatur; quippe quomodo in omni creatione nihil magis vel prius habendum quam rei eſſentia ſeu exiſtentia, ſic in duratione nihil prius quam conſervatio eſt: creavit autem Deus hominem ut eſſet, creatus ut exiſtere duraret, dum exiſtentiæ durationis, hoc eſt ſuſtinendæ vitæ media per alimenta, & alia monſtravit; Inde *Lex præcipiens*, quæ neceſſitatem imponat, ne facto ſuo vel omiſſione de-

deſineret eſſe. Jus de quo diximus, libertatis
eſt, cujus virtus in licentia: Legis jubere eſt,
cujus virtus in neceſſitate conſiſtit, ut quod
jus natura dedit, præcipiente lege omitti jam
ſine peccato non poſſit, dum qui non facit, ra-
tionem contemnat, quod peccatum eſt proxi-
mum ei, quod facto quis in ſe, ſimillimum ei
quod negatione ſibi alimenti, ſeu cibi abſti-
nentia committit. Idem de *membrorum* con-
ſervatione, quæ cum ſingula operationes ſuas
diſtinctas habent, (dum cujus partis opera-
tione fungi pars alia poſſit, ea fruſtra data vi-
deatur,) uti exiſtere Deus tanquam partes cor-
poris humani, ita durare exiſtentiam, hoc eſt
conſervari voluit, ne qui non conſervet, ſi
mutilari patiatur, uſum ipſe tollat, quem pe-
cularem ei membro Deus tribuerat, adeoque
contra naturam admittat, & inimicus ſit cre-
ationi Dei *. Quod & in conſervatione *gene-
ris humani*. Nec diverſum in *Civitatis*, & *Par-
tium* dicendum: quo omnia ſpectant quæ re-
ferri ad pacem, defenſionem, ſecuritatem
poſſunt, dum & ipſa exiſtentiæ durationem,
hoc eſt conſervationem ſpectent. eadem enim
ratio & hominis in naturæ ſtatu & civitatis eſt,
quæ perſonæ vicem ſuſtinet. Sub jure autem
conſervandi, contraria *propulſandi* venit; eſt 4.
enim ea propulſare, conſervare: boni appetitus
declinationem arguit mali. Eſt igitur generale
omnibus hoc *Jus, Mala vitare, arcere, propul-
ſare*. & *Lex* generaliter idem præcipiens. Vi-
dendum autem ſpecialiter quid cuique ob eam
rem adverſus alterum, perſonam, reſve ejus
liceat. Aptiſſime Florentinus *, Jure hoc
evenire, ut quod quiſquis ob tutelam corpo-
ris fecerit, jure feciſſe æſtimetur: quippe in-
ter

* *Sic C[illegible]. Apoſt. 21.*

* *L. 3. d. I. & l. 45. §. 3. ad L. Aquil. l. 2. 3. C. ad L. Cor. d. ſicar.*

ter bona maximum conſervationem ſui, & membrorum eſſe ſupra jam diximus. Qui non jure vim fieri corpori ſuo putet, ferre nemo tenebitur: qui jure ſe inferre, quaſi in naturæ ſtatu hoc licere ſibi putet, tantundem & alii licere putet, atque adeo & vim facere, & referre: ſtare enim intra limites nudæ mali declinationis, ſeu propulſionis præciſe non tenetur, cum & defendendi jus vim mutuam includat. Adde alteram pro jure hoc naturali rationem, quod æqualitatem cuique adverſus quemvis defendere & ſervare liceat, in qua ipſum natura conſtituit. Et amplia ſub ſtatu etiam civili, dum ſub eo non jus tantum, ſed & naturæ lex maneat præcipiens: maxime ſi familiæ *, quid non ſi reipublicæ interſit? * 1 *Tim.* 5.8.
quamvis vero ſub imperii ſtatu jus paulo arctius, dum poteſtate ac vi publica defendatur. Neque lex fœderis antiqui, vel Evangelium impedit, quæ pugnare cum naturali non poteſt. Propulſandi autem, defendendi, & con-
5. ſervandi ſui *modus*, quantulumcunque malum ſit, cum lege naturali definitus non ſit, in infinitum extenditur, adeoque indefinite *omnia* licent, dummodo ab eo malo metus ſummus ſit, qui ſummum jus dat. Unde jus ſummum
6. ad media *. Hinc ad conſervationem ſui, defenſionem, mali propulſionem, *Vis* licita tanquam in bello & hoſtili ſtatu defenſiva *: ſed & offenſiva, ſi mali vindictam, reivindicationem, vel debiti petitionem ſpectes *, Etiam in corpus, vitamque alterius, & innocentis interpoſitæ forte perſonæ, ſi ſalvum eſſe ſe aliter, ſana ratione, hoc eſt judicio pacato, nullis paſſionibus corrupto, vel turbato non poſſe putet; idque ne minore quidem jure

* §.6. *plenius.*
* §.48. *n.* 4.
* *ibid.*

jure atque ad conſervationem ſui occidere beſtias licet: nam & minorem ſocietatis reſpectum, quam ſalutis propriæ curam eſſe, a naturali ratione non abit. Quod ampliandum putem, licet perſona invaſoris publice valde ſit utilis: ſi ſolum imperantem excipias. Et ad ſocios extendo, in quos idem atque in principalem jus eſt. Et ad eos, qui neceſſaria adverſario meo, nociva mihi ſubminiſtrant, ſic ut jus ſit mihi (cum in iis ſubminiſtrandis libertas ſit naturalis) impediendæ ejus libertatis, quæ nocere mihi poſſit. Damnatâ ſententiâ quæ jus hoc in vitam corpuſque alterius ex ſolo concedens appetitu, potentiiſque naturalibus, in perniciem conſentit generis & ſocietatis humanæ, quod utrumque facile ſubvertit, qui promiſcuis cædibus aperit viam; quippe ſtare neutrum citra cuſtodiam partium poſſit. Adde repugnare naturæ legem, *Ne quis alterum lædat.* eſt autem hoc omne læſio quod quis alteri facit, ſi idem fieri ſibi nolit. ſed nemo hoc velle creditur, ut ab altero nulla data cauſa occidatur: ſin velit, ſalvam eſſe, cum pernicie generis, ſocietatem humanam non vult *, contra naturam humanam, quæ appetens eſt ſocietatis *. & jus præcipiens conſervandæ ſocietatis *. Sed & lex naturalis jubet pacem quærere *, quę niſi cum lęſione una cædes promiſcuas vetet, haberi non poteſt *. Quin & rationem naturalem ſeu legem prohibentem in facto Caini negat: erant enim fratres inter ſe in naturę ſtatu, (quamvis uterque ſub patris poteſtate) neque lex divina de non occidendo erat, (niſi ea forte benedictio quę creſcere jubet & multiplicari homines, ad generis humani certè conſervationem ut eſſi-

* *Introd.* §. 1. *n.* 14.
* §. 15. *n.* 8.
* *d. n.* 14.
* *introd.* §. 1. *n.* 2.
* *Infr.* §. 11.

cax, ita indomitę illi licentię adverſaria) igitur ſi jure naturę fecerit quaſi ſolis potentiis licuerit, atque adeo nulla repugnante lege, ratio nulla fuit quare illum conſcientia torſerit, torſit autem, cum legem naturalem prohibentem agnoſceret quę facti ipſum non jure intus argueret. Ob occidendi minas vim facere & occidere nihil adverſor, dummodo metus ſummus ſit, qui ſana ratione judicandus: quare non idem in viro conſtanti eſt, qui contemnendas putet minas. Ad arcendam minorem injuriam, vel ipſam alapam, ſi arceri malum aliter non poſſit, occidere aliquem jus naturale non vetat: magis ob inflictam, niſi qui dedit injurię reparationem ſufficientem offerat. Sub Evangelio quid liceat difficilis quibuſdam reſolutio eſt *. Quid ſi ita reſpondeatur? Chriſti ſententiam ad patientiam hortari, vindictam dehortari, itaque ſuaſoriam eſſe *, ut patientiam exerceant Chriſtiani magis quam jure naturali pręciſo utantur; itaque qui vindicaverint, non peccare contra legem præcipientem poſitivam novam *. ſed contra naturalem, eamque divinam, ob violatum conſenſum, quo Chriſto ſe obligavit, cum religionem profeſſus Chriſtianam eidem ſe devoverit, & doctrinę ſe ſubjecerit? Temperamentum niſi fugâ declinari inimici cædes poſſit, & tutelæ quod culpa adſcribatur, ex legis civilis definitione acceſſit; nempe jus naturale ſub imperio manſit, ſed cum moderamine quodam ob tutelam publicam *. unde inculpatæ tutelæ moderamen, quod ita eſt moderari defenſionem ut tutela inculpata, id eſt extra culpam ſit, imperantis judicio, cum ante ſingulorum eſſet? Ad cautionem cogi de

* *Math.* 5. 39.

* §. 68. *n.* 12. 15. §. 69. *n.* 10. *cir. med.*

* §. 67. *n.* 7.

* *Supr. n.* 4.

de non offendendo eum a quo metus juſtus ſit, non video quæ ratio impediat, cum & ex naturali ratione hoc ſit, quod jus civile adverſus damnum infectum cavet: Sic caveri hodieque ſibi Principes poſtulant, ſi juſtus ab apparatu vicini bellico metus ſit.
Sed ob utilitatem quamvis hoc jus competere, 10.
* §. 48. *n.* 4. minime concesſerim *: temperanda enim utilitas ad conſervationem generis, & ſocietatis humanæ, etiam ſimplicis, eſt, quæ prævalere utilitati etiam non minimæ nec contemnendæ
* §. 50. *n.* 6. *fin.* debet *, quomodo & ſub imperio de pactis ſervandis lex utilitate potior eſt: Sic temperata in naturæ ſtatu ob conſervationem, defenſionem ſui *Vis* licita: quæ & in eo ſtatu cauſæ juſtæ, ſeu juſtitiæ ſemper præſumptionem habet, tum ne injuſtitia præſumatur, tum quod agere quis in eo ſtatu ratione præſumatur. Quæ dicta ad imperia & hoſtes pub-
* §. 6. licos transfer. De *Dolo* infra dicetur *. Ob 11.
res poſſeſſas tutandas & recuperandas *vi* agere & occidere invaſorem, non dubito, ſi recuperari aliter non poſſint. De jure ex Evangelio inter Doctos non convenit. ego puto non eandem ad res defendendas neceſſitatem, atque
* *ut n.* 3. in defendendo corpore eſſe *, itaque jus naturale eſſe permiſſivum, cujus diverſum ſuaderi doctrina Evangelica poſſit, & diver-
* §. 63. *n.* 7. ſum docuiſſe Chriſtum *, ſi res modica eſſet: non ſi talis quæ reparari vel omnino, vel difficulter, ut vita amiſſa, membrum ruptum, os fractum nequeat. Unde, nec adverſante doctrina Evangelica, nec naturæ lege, ob res ablatas bellum juſtum, & in bello occiſio juſta. Nam & ob eam rem ex lege civili capitalis eſt animadverſio. De jure autem invaſoris, ſeu

quid

quid in rem poſſeſſam jam alii liceat, videndum, jure nempe ſeparato a defenſione poſſidentis, ut ſic jus omne in res plenius appareat. Invaluere nempe axiomata. *In naturæ ſtatu nihil proprium alicujus eſſe. Omnia eſſe omnium*, quæ communia appellant. *Ignota mei & tui vocabula. Proprietates cum imperio cæpiſſe.* ex quibus licita rei jam occupatæ in eo ſtatu ab alio occupatio videatur, quippe quæ Dominium ante imperia privativum excludant. Præmittenda igitur *de initio & progreſſu proprietatis* eſt inſpectio, deinde de eo quod quærimus jure viſuri. In priori quidem una ac conſentiens ſententia eſt, quæ Deo creatori ut omnium & univerſi, ſic terræ, creaturæ ſuæ, Dominium tribuit. De progreſſu in ſententias plurimas receſſum, quibus omiſſis, ut quid ipſe ſentiam, breviter exponam, ſic puto: Ab ipſa creatione, id eſt ipſa natura humana naturaliter terræ dominos ſimul primos parentes Adamum & Evam extitiſſe, mortalium reſpectu, propter omnimodæ æqualitatis ſtatum. Inde pro communi indiviſo dominos *. natura nequit dominos diſtinguere *, nec huic magis quam alteri tribuit. Ob eandem æqualitatem Deum Creatorem & Dominum divina largitione, terram utrique ſubjeciſſe *, itaque penes ipſos imperium ac dominium commune ſtetiſſe, uſque dum ob fraudem mulieris voluntate ejuſdem viro ſubjectâ, ſoli Adamo principatus & dominium terrarum orbis & familiæ ceſſerit *, ſub regni quadam imagine: terras itaque per ſe, ſi non per ſolam voluntatis declarationem, certe per factum quoque progrederetur, vel per poſteros ſubjectos, vel per univerſitatem * occupaſſe, actus etiam ad poſſeſſio-

* *Introd.* §. 1. *n.* 5. *infr.* §. 16. *n.* 6.

* §. 7. *n.* 4.

* *Gen.* 1. 26. *& ſeqq.*

* §. 96. *fin*

* §. 36. *n.* 8.

ſeſſionem ſufficiens cum per fundos ſingulos ſibi ob immenſam magnitudinem ſoli non liceret. Dominium autem fuiſſe liberæ diſpoſitionis, non privativæ poſſeſſionis quæ generi humano debebatur. Eoque jure liberis ſuis & poſteris proprietates ſingulis vel expreſſe diſtribuiſſe, vel tacite permiſiſſe: quod videri ex eo manifeſtum debet, quod occupandi jus propria authoritate nemini adverſus Patrem, ac Principem eſſet: (neque enim puto Adami imperium ad proprios liberos coarctatum, ſed ad deſcendentes omnes protenſum, ut qui ex ſubjectis ejus imperio nati eſſent, eidem ſubjicerentur, duraſſeque naturaliter uſque dum qualitas paterna & filiationis duraret.) Itaque ex ea diſtributione ſeu permiſſione proprietates ſtetiſſe, quæ jus inter cęteros facerent, uſque ad Adami mortem (quę annis incidit IↃ CC XXVI vel circa) exceptis rebellibus & contumacibus qui obedientiæ ſeſe ſubduxere, & proprias ſibi ſedes, & media ipſos per ſe imperandi quæſivere. Jus proprietatis defuncto eo patre, inter-medio ad diluvium tempore (niſi imperia tunc exſtiterint, quod quidem probabile mihi videtur) in res non diſtributas, vel 12.
proprietati unius conceſſas, jus omnium commune, proprietatem puta nullius, uſum commu-
* *Conſ. n. 25.* nem *, ut inter æquales ſtetiſſe, earumque rerum occupationes quaſdam cæpiſſe, ſed quæ filiorum adverſus patres non obtinerent. Mun- 13.
do poſt diluvium reparato, ſuperſtite ſolo Noacho patre, & filiis, cuncta Deum in eorundem poteſtatem, ut Adamo prius, ſed quod naturale eſt, poteſtatem & jus filiis ſub
* *Gen. 9.* Patre dediſſe *, quippe qui ipſi eſſent alterius proprium reſpectu Patris habere nihil potuere:

tuere: unde Euſebius credidit, diſtributionis
ejus ſeu aſſignationis territoriorum quæ facta à
14. Japheto legitur *, Patrem auctorem extitiſſe: * *Gen.* 15. 5.
additque, diſtributionem eam teſtamento confirmaſſe, cum ea monitione, ne fratrum quis fines invaderet, alterumve injuria afficeret, quod diſcordiarum & belli inteſtini poſſit ma-
15. teriam dare. Mortuo autem, non diu poſt factam eam diſtributionem, Noacho, iterum rerum non diſtributarum communionem, ut à morte Adami obtinuiſſe: & creſcente indies hominum multitudine, cum ſervare legem de æqualitate circa res non diſtributas non poſſent, (ut quæ omnibus ſufficerent ad ſatietatem ſinguli, quæ minus proportionaliter, vel alternatim uterentur) & inter tot diſſentientes oppoſitaſque tantæ multitudinis voluntates inſtitui commoda diviſio, conſenſu expreſſo, non poſſit, iterum occupationes quaſdam cœpiſſe, (de quarum jure infra *) duraſſeque * *n.* 13.
ad imperia prima. Factum itaque per diſtributiones, ut in naturæ ſtatu & ante imperia ſub primo, & reſtituto mundi œvo proprietas ali-
16. qua proprie ſic dicta fuerit. Accedit, potuiſſe inter duos vel plures ante imperia pacto conveniri, quo alter jus quoddam in alterum transferret, vel juri ſibi competenti in ejuſdem gratiam renunciaret: pacta autem cum ſervare quemque per legem naturalem oporteat, conſequens eſt, jus hoc proprium factum eſſe ejus in quem tranſlatum, vel in cujus gratiam renunciatum eſſet, ſaltem paciſcentium reſpectu: unde & hinc proprietas quædam. Cæterum & hoc meum, vel in jure meo eſſe, quod lege naturæ mihi debetur, probabiliter dici poteſt, (ſicut è contrario dictum, non eſſe in

* §. 2. *fin.* jure agentis quod contra legem fit naturæ *.) puta ne alter ſine ratione mihi officiat; tuetur enim naturæ lex quemcunque, & ſecurum vult eſſe ab actibus aliorum qui extra rationem exorbitant, ſive perſonas ſive ad res ſpectes, dum tota intra rationem conſiſtat: quisquis igitur facto mecum extra rationem agit, privat me eo jure quod naturæ lex dederat, quodque naturæ jure meum erat. Sic ex triplici fon- 18.
te dominium, & probata rerum & alterius juris ante imperia proprietas, quam nunc de jure primœvæ rerum occupationis ſequitur inſpectio. Hanc igitur quod attinet, quamquam 19.
vulgata ei faveat ratio, quaſi præſumtio ſit, conſenſiſſe tacite homines primis illis temporibus, ut quam quisquis è communibus rem ex occupatione teneret eam propriam ſibi haberet, ne dominia eſſent in incerto, quod continuis poſſit diſcordiis & belli materiam dare, mihi tamen placere ea ratio univerſaliter non poteſt: Diſtinguendæ autem (quo accuratius procedatur) res vacuæ, non poſſeſſæ, territoria inculta, derelicta, ignota, ab iis quæ *communiter*, per uſum promiſcuum poſſiderentur. In iis quæ *poſterioris* ſunt generis, plane contrariam concipio præſumptionem, minime nempe præſumi conſenſiſſe homines, ut cujus rei ſinguli partem, vel ad totam jus pro indiviſo haberent, eam unus ſolus per occupationem ſimplicem jure adeo proprio ſibi teneret, ut cæteros omnes excluderet: neque enim poſſidere eo animo rem communem ſinguli intelliguntur ut per ſolam occupationem alterius magis, quam ſuam eſſe vellent, poſſeſſio omnis cum animo ſibi habendi eſt, quod animi perſeverantiam arguit, & in parte, ut in toto, locum ha-

habet: neque conſenſiſſe quemquam, ut proprietas ſua vel jus ab alio ſibi auferatur, præſumptio tunc temporis magis fuit, quam nunc eſt ut in eam rem conſenſiſſe quisquam videatur: unde eripi res communis per occupationem omnibus, invitis, nihil magis olim potuit, quam nunc quod meum eſt eripi non conſentienti mihi poſſet: Quod & in rerum abundantia obtinuiſſe puto, licet poſſeſſiones non deficerent, cum diligere alius rem, partemve occupatam præ altera occupabili potuit, eandemque appetere. Ita autem eam rem, ejuſve partem occupare ut per hoc uſus promiſcuus non lædatur, ut caſulæ, tugurii inædificationem, (etiam cum excluſione alterius) prohibere nulla ratio videtur, quamvis nec hæc naturalis ſit, ſed ex conſenſu hominum, in eo ſtatu, potius profecta, quomodo nunc gentes conſentiunt. *Scientiam* igitur ac *patientiam* occupationi primœvæ accedere oportuit, accedente & *temporis lapſu*, quæ præſumptionem conſenſus probaverint, quâ res ea occupatoris dicatur, præſumptio enim probari debet. Maximam vero probandi conſenſus vim ſcientia & patientia ex temporis lapſu trahunt, qui quo major, præſumptionem validiorem probat: tantus autem ſufficere videtur, quo quis vidente ac patiente altero, multo ſumptu, labore, ac induſtria, poſſeſſiones proprias ſtabilivit. Intelliguntur enim ſcientes patienteſque omnes, per temporis ſpatium continuum, in gratiam occupatoris juri ſuo renunciaſſe, eoque nec uti velle quod in omnia ſingulis a natura, & uſu promiſcuo æquale eſſet. Unde certum puto, occupatas initio eo modo ab aliquo res communes occupatoris proprias factas

fuiſſe, & occupari ab aliis, vel invadi non potuiſſe. Secus ſi occupatio eo modo qualificata non eſſet. Quæ ad introductas hodie & non invadendas principum, rerumpublicarum proprietates reſpectu erga ſe invicem, inter quos pactum ſpeciale, vel factum aliud non interceſſit, applicari rectiſſime puto. Ad res 20
vacuas, incultas, non poſſeſſas, derelictas, hactenus ignotas, quas in *priore* genere collo-
* Sup. n. 19. cavimus *, quod attinet, eas teneri cum eorum excluſione qui videntes occupationem, patienteſque longo tempore poſſeſſionem, nullum contrariæ voluntatis actum ſignificaverint, dubium eſſe non poteſt, cum & eo modo res communiter poſſeſſas fieri unius proprias jam proximê probatum ſit: inde magis, non minus ſaltem vacuas, non poſſeſſas, vel poſſeſſas unquam, ſed quæ per derelictionem, vel tacitam vel expreſſam, poſſeſſarum nunquam conditionem reaſſumpſere: nam cum occupare rem ipſi potuerint (per juris æqualitatem) nec occuparunt, paſſi autem ſunt ab aliis per occupationem teneri, præſumptio eſt volentes ceſſiſſe juri ſuo, quod auferri invitis, ab aliis non poterat. *Statim* autem ut rerum non poſſeſſarum, derelictarum, incognitarum hactenus, prima occupatio occupatorem dominum faciat, tanto effectu ut excludere ab ea re, per ipſam occupationem, cæteros omnes poſſit, præſumptionem proxime, ubi de rebus communibus, in contrarium hanc dedimus, quod nemo juri ſuo intelligitur renunciaſſe, ſi non actus vel expreſſus, vel tacitus exiſtat, qui deſtitiſſe cæteros ab jure ad eandem rem naturali præſumptionem probet; neque vero jus per naturam minus eſt reſpectu rei non poſſeſſæ *ad rem*, quam

quod

quod communiter poſſeſſæ *in rem* competit. Sic rei vacuæ occupatio per ſe ſola modus acquirendi dominii privativé naturalis non eſt.
21. Quod transferri etiam ad gentes & reſpublicas liberas debet, uſque dum in contrarium conſenſus probetur, vel expreſſus, qui ipſos tantum paciſcentes obligat, vel tacitus ex recepto communiter apud omnes vel moratiores uſu, qui eoſdem; cum ſervari utroque modo ita adverſus jus naturale placuit: Introducti autem ejus taciti inter gentes conſenſus ea dari ratio poterit, quam ſupra jndicavimus *: Occupatio igitur quæ ſtatim dominum faciat, modus ex eo jure eſt quod poſtea placuit, jus naturale limitans, ex eoque placito jus in hujus & prioris generis res perpetuum tribuens, ut occupari ab aliis vel invadi non poſſint. Sed
22. verò *utriuſque* generis res occupari ab egente poſſe, qui ſana ratione judicet ſubſiſtere ſe ſine ea re non poſſe, hoc eſt neceſſitas ſumma ac juſta ſit, dubitare nec jus, nec lex ſinit de conſervatione ſui *. Sed neque hoc conſenſiſſe quiſquam cenſendus eſt, ut occupationis jure alter teneret, qua re ipſe ad propriam ſubſiſtentiam ſuive conſervationem, vel nunc vel quovis tempore egeret: Et ſub hac limitatione interpretandum inſtitutum omne, factumque humanum, proinde & rerum diſtributio prima. Igitur nec hic caſus ſub diſtincta proprie-
23. tate, nec ſub conſenſu veniſſe dicendus: ſin venerit erroneé videri conſenſiſſe, & inefficaciter, proinde violare pactum impune licere *, & juſtiſſimam diſſolvendi cum taciti, tum expreſſi conſenſus rationem eſſe. Regula quidem eſt, *pacta ſervanda*, ſed cum legitimo temperamento, niſi qui ſervet ſervando ſer-

* *n.* 19. *pr.*

* *Sup. n.* 12.

* §. 26. *n.* 8. §. 36. *n.* 17. §. 50. *n.* 4. §. 63. *n.* 11.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

vare ſe ipſum non poſſit. Adde & in caſu ex-
tremæ neceſſitatis ipſas leges divinas non obti-
nere : inde jus æquale omnibus, ipſam veluti
ante factam primis parentibus largitionem di-
Supr. n. 11. Gen. 1. 26. ſeqq. vinam *. Primariam inter omnes innatam na-
turæ legem diximus, ut ſaluti ſuæ quiſquis &
* *n. 3. hic.* conſervationi conſulat *, ut licet de ſervando
pacto, & non invadendo alieno violentur,
omnia agere ſecundum alteram hanc in con-
curſu fortiorem liceat. Licet etiam ipſe poſ-
ſeſſor egeat, quia potior nobis naturaliter ſa-
lus noſtra quam alterius eſſe debet: Nam &
ad conſervationem noſtram jus in vitam datur
* *n. 7. hic.* alterius *, unde magis in res dabitur: Neque
conſiderata æqualitate ratio ulla eſt, cur do-
mino magis faveatur. Quod jus ſimiliter ab 24.
homine naturali, facta applicatione ad homi-
nem civilem, hoc eſt Civitatem transferre ni-
hil vereor: neque enim Gentes vel Civitates
unquam in propriam perniciem vel interitum
conſenſiſſe præſumendæ ſunt, inſtitutæ ne pe-
rirent: quin contra officium, & imperii finem
feciſſe civitas dicenda eſt, quæ ſecuritatem &
ſalutem populo non omnimodo procuret, vel
conſervationem negligat; neque enim procu-
randæ ſalutis media coarcto, dummodo ſana
ratione judicet egeſtatem ſuam, vel interneciei
ſuæ metum ſummum eſſe, cujus ut mediorum,
ſic neceſſitatis ipſi judices ſunt, de quo infra
* §. 6. §. 81. 92. *n.* 11. latius *. Ita in res occupatas etiam optimo
modo, jus quaſi temporarium eſt, quamdiu
adverſus egentem re eadem poſſeſſionem occu-
pator tueri poſſit. De iis ſermo non fuit quo- 25.
rum uſus in abuſu conſiſtit, quæ manifeſtum
eſt ſtatim ita proprias fieri, ut poſtea alterius
fieri non poſſint, dum alterius uſum non admit-
tant:

tant: ſic & ferę *, piſces naturaliter ſtatim * *Add.* §.36.
capientium fiunt, quomodo fructus arborum, *n.* 5. 6.
& quæ natura produxit, ex uſu communi *, * *Supr. n.*12.
ne qui uſum hunc communem, & ex eo proprietatem quandam neget, (quaſi vero qui ad uſum ſuum quid ſibi ſumat, communioni, ſeu ceteris mavis, ad quos eadem res pari jure pertineret, ſubtrahat) terram omnem, & quod ea naſceretur, homini inutilem reddat, dum jus nullum concedat, vel eripiat, qui uſum hunc
26. neget. Ita diſcuſſo jure rerum, & quid in res liceat, neceſſaria ſubjicienda collectio eſt, ex introducta rerum & alterius juris proprietate, cum per rationes dictas ſupra *, & occupa- * *n.* 11. *ſeq.*
tionis etiam noſtro modo limitatæ *, (excep- 16. *ſeqq.*
to neceſſitatis caſu *) in naturæ ſtatu & ante * *n.* 19. 20.
imperia, injuriam, & injuſtitiam, & peccatum, * *n.* 22. 27.
& contrectationem alieni dari, quam appellare etiam furtum licet, legibus naturalibus prohibitum, quæ pacta jubent etiam tacita ſervare: nihilque admittere quod paci officiat: alteri non facere quod tibi nolis: & probata proprietate alienum invadere: Sed cujuſmodi admiſſa injuria vindicari in eo ſtatu ordine legitimo non poterat.

§. IV. *Quid bonum, quid malum, cum natu-*
1. *ræ æqualitas vetet alium judicare.*] Quippe qui alium volet ejus rei arbitrum facere, neceſſe eſt ut & ipſum agentem ejus arbitrii arbitrum ſtatuat, utrum ſcilicet rectè arbitratus fuerit: nam æqualitatis quæ inter homines naturâ eſt * * *Introd.* §.1
ratio hoc permittit, ut de meis actibus qui ju- *n.* 5.
dicet, de ejuſdem & ipſe judicem; neque
2. vero plus alii in me quam mihi in alium licet. Sed & alterius inefficax erit judicium, dum alii * *d.* §. 1. *n.* 5.
in alium ob æqualitatem jus imperii nullum *, §. 16. *n.* 1.

nulla quidem coactio, nihil ſit præcipuum, quod omne inæqualitatem indicat. Itaque fiet ut de proprio bono vel malo, rectane mea ſit
* §. 34. n. 3. ratio vel minus, ipſe judex ſim *, quæ ſequentis periodi eſt materia.

§. Conf. 81. n. 3. §. V. *Jus ſimul dedit propria quemque ſententia æſtimare.*] Cum alterius eſſe non poſſit, tum
* §. Præced. ob naturæ æqualitatem *, tum ſententiæ in- 1.
* ibid. efficaciam *. Sed & naturaliter ei potius credendum qui de negotio poſſit rectius teſtari: is autem eſt, qui de eo quod quæritur notitiam rectiorem habet; atque is idem de cujus proprio bono agitur: alterum enim alterius bonum, vel periculum præſens non æquè ſentire, futurum non æque videre, quotidiana experientia uſque adeo teſtis eſt, ut nemo id niſi temere abneget; unde & cujuſque de proprio bono vel malo, quam alterius eſt judi-
* Introd. §. 4. n. 8. cium, id eſt quod in introductione diximus *, *Rectam rationem in proprio cujuſque judicio ſeu ratiocinatione conſiſtere*, ut quam quis rectam rationem exſtimaverit, ea pro tali in dijudicando bono vel malo valere debeat: facit nempe quisquis quod rectum ſibi videtur. Neque 2.
enim quod quis in eo dijudicando ratione ſeu ratiocinatione poſſit perverſa uti, jus minuit: alia enim hic *juris*, alia *recti* eſt quæſtio. Priori ſpecie illud tantum quæritur, utrum judicatio in jure ſit judicantis, quod fundamentum
* n. 1. hic. proxime dictum habet *, vel quod non ſit al-
* §. Præc. terius *. Alterâ utrum regulæ vel legi, vel rectæ rationi judicatio conveniat, vel ei rectitudini quam in ratione requirimus non adverſetur, adeoque quod fundamentum rectam rationem habet. unde rectum judicium, quod alio nomine juſtum, dum & jus pro regula recti

recti accipitur. Aliud igitur eſt *judicandi jus*, aliud *ſecundum legem judicare*. Quæ duo rurſum
3. ab aliis diſtinguenda, ab ſimplici nempe *actu judicii*, & eo judicio quod *rectum coram Deo* eſt, & non falli dicitur: nam & noſtra ratiocinatione falli poteſt judicium, quod tamen, ut jam diximus, valere in ſtatu naturæ ut rectum apud homines debet, cum nemo ſit qui jure aliquo poſſit ut non rectum accuſare, vel ex eo jus ita agendi denegare; dum equidem poſſit ſuo judicio alterius judicii effectum impedire, unde contentionis & contemptus materia. Contra rationem vero judicandi jus nemini ad-
4. fingi poteſt, nam quod contra rectam rationem inſtituitur in jure non poteſt eſſe cujuſquam
5. hominis *. Unde qui *prudens* ratione minus rectâ uſus, licet recte fecerit, violatæ legis apud Deum reus ſit: contra ſi *imprudens*, putans ſe recta uti, licet male fecerit, dicendum naturæ legem rectè factorum conſcientia contentum eſſe: quomodo non peccare judicem, qui conſcientiam ſuam ſequutus etiam inique judicaverit: neque abſimiliter atque *juſtum* dicimus qui juſtitiam facere ſtudet, licet actiones poſſint non juſtæ eſſe, (juſtitia enim in conſtanti voluntate & conatu enixo obſervandi leges conſiſtit) *injuſtum*, qui juſtitiam contemnit, quamvis juſte fecerit: Peccat tamen uterque voce in latiore ſignificatu accepta, qua peccatum factum omne imprudens, ſeu contra legem dicimus *. ſed illius actio mala, hujus animus malus; illius excuſanda, hujus punienda actio, etiam interna pro qualitate propoſiti cum in externam influit *.

* §. 2. n. 13. §. 7. n. 1.

* §. 2. n. 6.

* §. 33. n. 3.

§. VI. *Sic jus determinatum EX RATIONE dicimus ad media.*] Inter media de quibus dubium eſſe

eſſe poſſit, *Vis* & *Dolus* ſunt. Tritum eſt illud 1.
Philoſophis, & juris Magiſtris non una lege comprobatum, *Qui vult antecedens velle debere & conſequens, ſine quo ad antecedens perveniri non poteſt.* & aliud, *Qui jus dat ad finem jus ſimul dediſſe ad media* *, cum fruſtra jus ad finem habeat cui jus ad media deſit, quia ſine mediis perveniri ad finem non poteſt. ita qui finem vult, dum media negat, idem vult & non vult, & propriam voluntatem facto contrario oppugnat. quod in abſurdum incidit. Igitur cum natura jus dedit bonum appetere, corpus ab injuria tueri, & pro fine actionum quiſquis bonum proprium & ſalutem habeat, denegata media videri non debent ſine quibus bonum obtineri, malum declinari, atque adeo actionum finis haberi non poſſit. *Ratio* autem ut in 2.
æſtimando ipſo bono, ita in eligendis mediis ſemper *ſuprema* eſſe debet *. Quomodo igitur 3.
per *Vim* agendi modum ex ratione temperari diximus *, ſic eadem *Dolum* temperat, quem neceſſitas & metus ſummus ad conſervationem ſui permittit: neque enim ut quis ſe conſervet aperte agere tenetur: ita vero agere tenetur, quo magis ſe conſervet; quod enim in conſervatione ipſa, hoc in mediis tenetur. Adde plerumque malum majus ex vi, quam ex dolo dari. Diſſimulatio in veri reticentia, ſimulatio 4.
in non veri fictione conſiſtit. ille dolus negativus, hic poſitivus. In verbis ſeu ſermone ſi ſimulatio ſit mendacium dicitur. Hoc ad Principes ſi transferas, quæſtio de dolo & mendacio in bello & hoſtili ſtatu erit.

* §. 81. *n.* 2. §. 65. *n.* 4.

* §. 2. *n.* 8. *& ſeqq.*

* §. 3. *n.* 6. *fin.*

§. VII. *Sic jus ad omnia: omnia jure fieri.*] Ex *ratione* ſeu *judicio recto.* Supra *judicandi jus* ſeu facultatem ab judicio recto ſeparavimus,

mus, clara ſatis diſtinctione *: ſed quam diſtinctionem inter *agendi jus* & *actionem rectam* invenire, non adeo clarum videtur. Omnem enim actionem, quæ in effectum deducitur, judicium aliquod ſeu ratiocinatio præcedit. Si recta ſit ratio agentis judicio, actio recta erit; ſi non recta, nec actio recta. Quæ autem actio præcedente recto judicio recta eſt, hoc eſt, quam quis actionem convenire, ſaltem non repugnare rectæ rationi putet, non poteſt non in jure ſeu facultate eſſe agentis: ita quod fit, *jure fiet*: Quam vero non convenire putet, fieri non poteſt ut in ejuſdem ſit jure vel facultate, natura enim facultatem (quam cum effectu aliquo externo vel reali hic acceptam volo) non concedit, quæ rectæ rationi repugnet, quia ipſi luci divinæ repugnaret, qua Deus præ cæteris animantibus homini voluntatem ſuam tacite ſignificavit, adeoque ipſi voluntati divinæ. Quæ ſi vera ſint, concluſio eſt, Non poſſe actionem dici in facultate agentis ſeu jus dici agendi, quin facta ſimul recta ſit *; vel dici non in jure agentis quin facta ſimul non recta ſit. Dictum enim, ſi judicium acturi de actione inſtituenda rectæ rationi conveniat, jus ei eſſe agendi, & actionem inſtitutam convenienter eidem ſuo judicio neceſſario rectam eſſe: e converſo, ſi judicium convenire rectæ rationi non putet, nec jus eſſe agendi, nec actionem convenienter judicio perverſo inſtitutam rectam eſſe, ut concurrant ſemper judicium rectum præcedens, jus agendi, & actio recta. Conjuncta hic igitur facultas ſeu jus, & rectum ſunt, utrumque ab judicio præcedente recto, vel minus recto dependens. Atque ſic idem, jus imperandi actionem certam

* §. 5. *n.* 2.

* §. *n.* 13.

cum

cum jure ipſius actus imperati erit, nec hôc illud latius: quamquam vero imaginarie, ſpeculative, mentaliter concipi & agendi facultas, appetitus, potentia diſtincta ab ipſo actu, & diſtinctum jus imperandi actionem certam, ab jure actus imperati poſſint, ſi ita nempe concipias ut imperantis & imperati actus extra pœ-
* §. 3. n. 13. nam ſit *, vel imperanti jus ſimpliciter in abſtracto, nullo habito reſpectu ad actionem aliquam, nedum certam aliquam conſideres, quomodo ſupra de judicandi jure dictum. Sic igitur *in naturæ ſtatu, Omnia jure fieri* dicimus, ut quid in *facultate* ſeu *in jure*, & quid *rectum* ratio determinet. facultatis ſimul & recti ter-
* §. 2. n. 8. minus ratio eſt *, quæ appetitum, potentiamque temperet, & vel laxat habenas, vel refrœnat, prout ipſa dictet. Sed quæ ratio, ſeu 2.
quod hominis judicium præcedens actionem, adeoque & ipſa actio, quamvis pro jure & recta valere apud homines debeat, (quam diſtinctionem velim bene notes) non recta tamen eſſe apud Deum poteſt ipſius Dei judicio, cum non perfectiſſima imminuta jam per lapſum in homine lux divina ſit. Actio igitur externa, & realis dici in facultate ſeu jure agentis non poteſt, quæ rectæ rationi repugnet ſeu repugnare ipſe agens putet. hoc ſenſu dictum ſupra eſt, *Non*
* §. 2. n. 13. *poſſe quod quis contra jus poteſt* *. Sed dum exco- 3.
14. gitari nihil poſſit in quod non ut bonum ſententia, vel ut medium ad bonum (ſub quo & averſio venit mali) conducens vel neceſſarium poſſit electo cadere, fieri non poteſt ut jus non *ad omnia* ſeu *univerſale* ſit, vel ut actiones noſtræ ad actiones definitas ſpeciales limitentur, extra quas alias agere non liceret. Hoc diximus *jus ad omnia*. Sed & jus hoc omnium 4.
in

in omnia confirmat, quod dici vulgo ſolet, *Naturam nequire dominos diſtinguere*, cujus regulæ explicationem ſupra dedimus * , ſed alio fundamento, æqualitatis nempe, (non judicii jure de eo quod ad bonum conducat) niſi quatenus proprietas introducta erat *.

* *Introd.* §. 1. *n.* 5. §. 3. *n.* 11. *ſeqq.*

* *ſupr.* §. 37.

§. VIII. *Natura autem humana cum prava ac imbecillis non poſſit eo judicio naturali, & jure recte uti, & in promiſcuo rerum uſu naturæ leges, æqualitatemque ſervare.*] Judicio nempe in recta æſtimatione boni & mali, & eligendis mediis ad bonum & mali fugam: Jure in perſonas & res alterius: Uſu rerum communium, vel in neceſſitate omnium: Inter naturæ leges imprimis *pacis* intellige, dum ſæpius paſſiones noſtræ cum ratione pugnent, & in conflictu fere ſemper ſuperiores evadant. Ad hoc nimia impellit *ſui æſtimatio*; judiciorum *diverſitas*; *appetitus* plurium, maxime circa rem eandem, in rerum etiam copia dum uterque eandem præ altera diligeret, vel inopiâ dum tota omnibus vel partes æquales ſingulis non ſufficerent; & quæ dari plura poſſent; imprimis verò ſi de *ſervandis pactis*, de *exigendo aliquo* inter æquales agatur; & peccati *impunitas*, dum nemo in naturæ ſtatu exiſteret qui violatæ naturæ legis pænas poſceret. *Quid triſtes querimoniæ, ſi non ſupplicio culpa reciditur?*

§. IX. *Protinus ad ambitionem, gloriam, dominationem prorupit, quæ diſcordias excitarunt,*
1. *jurgia, pugnas, cædes.*] Effectus hi ex cauſis præcedentibus ſunt concatenati, certiſſimi, inevitabiles. Neque enim ſolet immoderatus ſui æſtimator exiſtimationi ſuæ & gloriæ niſi per vim cedere. Nemo judicio vinci ſe patitur, hoc eſt alterius ſe ſubmittit, niſi per vim tenea-

neatur. Quis tam demens qui poſſeſſionibus
ſuis cedet per vim non turbatus? quis non de-
fendet, etiam cum vitæ diſcrimine? Facti
vero impunitas quidlibet audendi addit au-
daciam *.

* §. 3. *ult. verb.*

§. X. *Sic rupta pace confuſio venit rerum, & belli ſtatus, dum continuus ab injuriis metus*
eſſet.] Quis enim in tanta confuſione non me- 1.
tuat, dum nemo de fortuna, vita, ſedibus ſuis
tutus, niſi alterius arbitrio? quis proinde ſi-
bi non caveat? naturaliter ſolliciti ſunt homi-
nes, in eo ſe conſervare ſtatu quo optimè ſibi
eſſe putent *. Igitur qui alium ſic metuit, &
in perpetua eſt cautione à vicinorum inſultibus,
in eo eſt ſtatu atque ſi confeſtim & continuo di-
micandum eſſet, qui *belli* dicitur: Non ut læ- 2.
dere, offendere in eo ſtatu pro libitu quem-
quam liceat, ſed ut lædi, offendi ſine ratione &
extra vindictam civilem quiſquam poſſit. Sic
pacis ſtatum * belli inſequutus eſt, ex metu
continuo *perpetuus*; & perpetuus quia cum
omnium inter omnes nullus ejus finis eſſe poſſit,
uſque dum ipſi homines ſuperſint, in inevita-
bilem tandem totius generis perniciem. Qua- 3.
re vivere in eo ſtatu homines niſi miſerrime non
poterant. *Miſeri qui bella gerunt!* Sæpius inter
mala maximum appellatur.

* §. 3. *n.* 2.

* *Introd.* §. 1. *n.* 1. §. 3. *n.* 1.

§. XI. *Eadem igitur ratio dictavit, datam ini-*
tio a Deo pacem reſtituendam fuiſſe.] Pars hæc ejus 1.
legis eſt quæ docet bonum appetere, ſeque
ipſum conſervare, quod exiſtentiæ in prima,
qua poteſt fieri, perfectione durationem ſpec-
tat. Sic ante imperia lex naturalis pacem jubet,
læſionem omnem & offenſam prohibet, dum
eâ admiſſâ fieri nequeat ut ſtare homines diu in
primœvo * illo ſtatu poſſint: ratio igitur dic-
tavit,

* §. 3. *n.* 1. 7.

tavit, poſtquam contemni lex prima de pace colenda cæpit, pacem reſtituendam fuiſſe. Bonum eſſe pacem apud omnes in confeſſo eſt, quibus paululum rationis exiſtit. alludit Poëta: *Pax optima rerum quas homini noviſſe datum eſt. Quis tam demens*, quærit Philoſophus, *qui ſi pace frui poſſit, bello malit contendere?*

§. XII. *Pax autem cum tuta extra imperium haberi non poſſit, imperia inſtituenda: ut præter nudam rationem lex jam & poteſtas civilis libertatem moderetur.*] Hoc ſenſu imperia a Deo, tanquam ejus dictaminis authore *. Non tuta pax * §. 15. n. 4.
1. extra imperia, quia ſtabilis eſſe vel diuturna, minus vero æterna poterat. Alia autem præter imperium excogitari cautio idonea non poterat, quæ ſecuritatem ſingulis ab aliorum in- * §. 15. n. 13.
juriis ſufficientem prçſtaret *: Non pactum: Non lex de pace colenda, propter temeratæ impunitatem. Imperatoria ſola poteſtas & civilis ſtatus vindicativa mali eſt, & intra legum & pacti terminos coërcere potens: ſola hæc eſt qua ab hoſpite tuti, ſinguli, ab hoſte omnes.
2. Quamvis & ſub imperio hoc manſit, ut ab invicem ſibi homines caveant. Manet inter ipſos principes belli ſtatus, etiam inter quos pactum interceſſit, cum æquales inter ſe, & oppoſitis mœnibus præſidiiſque in perpetua ſint cautione: neque enim interpoſito pacto hoſtes ea-
3. tenus ſunt ut hoſtiliter agere liceat. Temperatam autem libertatem ſingulis ſalubrem eſſe, nimiam (qua eam hic intelligo quæ in naturæ erat ſtatu) & aliis gravem, & ipſis qui habent effrænatam ac præcipitem, priſcis notatum
4. fuit. Quidquid per legem civilem *omiſſum* eſt libertatis manet naturalis: quæ per eam *permiſſa* ſpecialiter, dici libertatis civilis poſſunt

ſunt, improprie tamen: neque enim permiſſio ea civilis libertatem dat novam, ſed quam natura dederat, cum impedire lex civilis poſſet,
* §. 20. fin. non impeditam relinquit *, vel cum prius impedierit, facultatem agendi ex libertate naturali reſtituit. Confirmatio autem legis naturalis prohibitiva & affirmativa, eidemque addita coactio civilis eſt.

§. XIII. *Vnde ſalus populi.*] Ab *imperio* nempe, & civili poteſtate, quæ vim arcet ab extra, coërcet ab intra, pacis tutiſſima conciliatrix. *Nulla ſalus bello.* ita viſum, dum perdere libertatem ſinguli, quam vivere extra imperium maluere. Eſt autem ea ſalus *vitæ præſentis felicitas*, in duratione maxime exiſtentiæ ſuæ per conſervationem publicam, quæ per defenſionem eſt, quam ſecuritas ſequitur, & læta rerum quæſitarum fruitio, earumque augendarum occaſio, quæ haberi extra pacis & civilem ſtatum omnino nequit. Deinde vero, ut ductu Supremarum Poteſtatum in via dirigamur, quæ ad ſalutem ducit æternam *, quæ eſt *vitæ futuræ*: utrumque comprehendit Apoſtolus *, dum preces fundi jubet pro Imperantibus, ut vitam ſub iis *ſecuram* degamus, & *in pietate*. *Cæſarei eſt muneris, ut non ſolum pacifice, ſed pie etiam ſubditi vivant.* Imperantis quidem præcipua, Doctorum unica cura. Atque hic *Jus* & *prudentia* concurrunt *, quam Politicam proprio nomine, qui diſtinguunt accuratius, appellant: æque enim ut populo ſalus quæratur, juris regulas atque prudentiæ ſervare opus eſt.

1. 2.

* §. 65. n. 4.
* 1 Tim. 2. v. 2.
* Introd. in fin.

§. XIV. *Quæ finis imperii, & imperantis ſumma officii eſt.*] Salus nempe populi. *Vitæ futuræ* felicitatem quamvis in inſtituendo impe- 1.

rio

rio populus non ſpectaverit, quippe quæ haberi extra imperia potuit, eſt tamen finis, ſed quem ex officii neceſſitate intendere ipſi Imperantes debent, quatenus religioni externæ imperant, quatenus caput eccleſiæ *, quatenus ad finem etiam per miniſtros publicos, doctores, paſtores ſuadent, hortantur internam, quod & ſuo modo imperium. ſic finis in officium incidit. *Vitæ* autem *præſentis* felicitas finis intentus maxime fuit populi ultimus, cum primo inſtituere pacem intendit, quæ haberi extra imperia non potuit, proxime ſalutem, id eſt felicitatem eam ut effectum pacis, quam ſupra diximus. Quæ vero intentio fuit populi, is & finis imperantis eſſe debet: fuit populi intentio ſub imperii ſtatu pacifico per imperantes ſalutem obtinere, quare tendere eo omnes principum deliberationes actioneſque debent. Hinc illud, *Imperantes non ſui cauſa, ſed civium factos*. Ita & hic finis in officium incidit: Eſt enim officium imperantis præſtare, quæ intentio fuit populi habere. & hinc ad imperantes, *Salus populi ſuprema lex eſto.* cujus adverſa eſt, imperia ad commoda privata flectere. Eaque *lex* Principi naturalis eſt, quam & de ſervanda ſalute propria ſupra in privatis conſtituimus *. Eſtque principum obligatio, quæ tacitè neceſſario ipſi negotio, hoc eſt delationi & acceptationi imperii ineſt *, principem officii ſui monens, & finis, in felicitate maxime vitæ preſentis, ad quam obtinendam ſecuritas imprimis & defenſio ſpectatur: Proprie enim pactum vel fœdus inter imperantes & ſubjectos intercedere, non eſt verum *, niſi quando imperio conditio expreſſa eſt poſita *, quam ſervare princeps repro-

Margin: 2. (beside "nam, quod & ſuo modo imperium"); 3. (beside "debent. Hinc illud")

* §. 63. n. 13. §. 68. n. 9.
* Sup. §. 3. n. 3.
* §. 94. n. 2.
* Inf. §. 17. n. 1.
* § 94. n. 2.

mittat. Itaque defenſio imprimis, ſecuritas, & tutela publica eſt quam prȩſtare principes ſubjectis ſuis tenentur. Si prȩſtare nequeant naturalis redit defenſio *. De mediis dicendum eſt ipſos naturaliter judices eſſe, ut ſingulos in naturȩ ſtatu *, intra divinȩ legis & naturȩ terminos, ut infra plenius *. Excipe *Herile* imperium, ſeu conſenſu, ſeu vi comparatum, quod ad utilitatem ſolius componitur imperantis, unde & imperantis cauſa eſſe dicitur: quamquam haberi ea ſine ſubditorum ſalute non poſſit, ſunt enim concatenata commoda, ut cum male ſit ſubditis bene eſſe Domino non poſſit. quid enim ſi commercia, quȩſtus impediat? quid ſi tributis nimiis ad pauperiem emungat? pecuniarum vim omnem in ærarium privatum conferat? certè, cum durare ea pecunia continuo & in ſeculum non poterit, proxima ipſius imperantis erit pernicies, ubi nova exigenda erit. Subjecti autem Dominis, quia actiones omnes eorum utilitati ſerviunt, proprio nomine *Servi* dicuntur: cæterorum, quia ad propriam ſuam, & ipſe imperans ad ſubditorum ſalutem actiones dirigunt, alio nomine *Cives* appellantur, quaſi quorum ſalus civitati curæ eſt: commune *Subditorum* nomen. Naturaliter nulla inter ſubjectos differentia; omnis ex conſtituto & facto humano eſt, & ſub imperio licet inter ſe dignitate non æquales, coram principe æquales *, & æque ſubditi omnes. Incolas a civibus jus civile & oneribus & honoribus diſtinguit; naturali ratione uterque civis, quod in civitate habitent, perſonæ civili ſubditi.

4. 5. 6.

§. XV. *Cauſa impulſiva idem quem diximus in naturæ ſtatu, metus exſtitit.*] Voce accepta ut

* 29. n. 13. §. 99. n. 13.
* §. 45.
* §. 92. 93.
* §. 42. n. 4.

ut ſupra dictum *. Eſt enim is *metus* ex belli * §. 10.
ſtatu, vel ipſe belli ſtatus, ex quo ratio dictat
exeundum, at nullo idoneo vel ſufficienti me-
2. dio, quam per imperia inſtituenda *. Si ex- * §. 12. *n.* 1.
tra imperium tuto ac ſine metu ab invicem coi-
re & verſari quodquot in univerſo erant homi-
nes potuiſſent, imperio vel lege alia, præter
naturalem, ad defenſionem, ſecuritatem in-
ternam & externam, non fuiſſet opus; habe-
retur enim is finis imperii extra imperium: hoc
igitur quod tuto ac ſine metu coire non potue-
re, ad ſubeunda imperia homines liberos diſ-
poſuit. Neque alia ratione imperii finis inten-
tus fuit ut certus inter coëuntes omnium rerum
ordo eſſet, quam quia ab congreſſu inordinato
& quolibetico metus eſſet: eadem igitur cau-
ſa fuit imperii inſtituendi, quæ cauſa fuit qua-
re vivere homines extra imperium non pote-
rant, *metus* nempe, effectus ſtatus inordinati,
3. quam confuſionem diximus. Illud facile con-
ceditur, initio gentium ubi non tanta eſſet ho-
minum multitudo, nec ulla forte ambitio,
nulla invidia, (quamvis & in mundi primor-
diis apparuit *) poſſeſſiones ſatis latæ, ac qui- * §. 3. *n.* 7.
vis ad vitam ſibi neceſſariis abundaret, metum 14.
non tantum fuiſſe; ſed & illud concedi debet,
creſcente indies hominum multitudine, ſimul
& ambitione & invidia, & in partes minutiſ-
ſimas coarctatis poſſeſſionibus, quæ ſingulis
non ſufficerent, continuo metum creviſſe,
donec coacti in civitatem civilem coierint,
qua temperarent ab audacia omnes, a metu
ſinguli tuti eſſent. Quid quod & nunc ſub ſtatu
civili & ordinato quodammodo metus ma- * §. 12. *n.* 1.
net *? Unde, quod obiter addam, pruden- *Cauſas metus*
tiæ ſummæ, non ſtultitiæ fuit actus, quo a ju- §. 8. *indica-*
vimus.

re & libertate naturali receſſum fuit; ut nempe confuſio plena, & belli ſtatus, & vel mors certa evitetur. Nec alia imperii *deſpotici* ſeu violenti, initio, cauſa fuiſſe videtur: quomodo enim ad imperium inſtitutivum metus omnibus ab invicem, ſic ad imperium deſpoticum metus ab deſpota impulit. Adde & ipſos qui ex hominum multitudine libertatem retinere naturalem, quam aliorum ſe ſubjicere imperio maluerunt, vel non ita voluere, cum in continuo eſſent metu, nec tuti ab aliorum inſultibus, jure optimo ſubiicere ſibi alios potuiſſe quorum auxilio tuti eſſent: quod lex naturalis de conſervatione ſui docet. utraque ra-
* §. 16. n. 3. tio, metus & conſervatio ſui, vim juſtificat *,
* §. 48. n. 4. non ſola potentia irreſiſtibilis *, niſi precedentem rectam rationem intelligas, quæ in conſervatione ſui eſt: conſervatio enim ſui jus tribuit quantacunque utendi potentia, itaque ſubigendi per vim alios, (nam & interfi-
* §. 3. n. 6. 7. ciendi jus dat *) ne obeſſe poſſint, atque adeo jus etiam ad imperium, quod eſt alios cum poteſtate coactivâ, & ſummâ ſub ſe habendi, quamvis æqualitas repugnet, quia fortior lex altera de conſervatione ſui eſt. Hoc ipſum fun-
* §. 14. n. 4. damentum eſt quare ſupra dictum *, violenta imperia ad utilitatem imperantium eſſe comparata. Imperium cui metus cauſam dedit, 4.
ſocietas civilis eſt; talis enim ex imperio & ordine appellatur, ut perinde ſit dixiſſe, metus imperio, vel ſocietati civili cauſam dedit. Ab 5.
hac autem longe diverſiſſima *ſocietas ſimplex*, quæ conſociatio & congreſſus nudus eſt, in qua nihil quidem civile conſpicitur. Hæc au- 6.
tem ſocietate civili prior cauſam moventem, id eſt conveniendi fortiorem habuit, alterius nem-

nempe operæ & auxilii, rerumque quæ apud nos non æquè quam apud alios eſſent, *indigentiam*, quæ vicit metum: ut enim ab alterius congreſſu metus eſſet (neque enim interiora conſpicimus, ut cernere quo quis nos animo adeat nequimus) neceſſitas tamen coire homines coëgit, cum in ea conditione natura eos conſtituerit, ut animi vel corporis infirmitate impediti proſpicere aliquando ipſi ſibi non poſſint: unde hæc ſocietatis ſimplicis cauſa neceſſaria eſt: quam & alibi introducti juris inter gentes, & alterius ad alteram acceſſus &
7. commercii cauſam eſſe diximus *. Inter hos autem infantes primum nati ſponte ſua in ſocietatem aliorum non coëunt, quia egent, ſed in ſo-
8. cietate aliorum tenentur ne egeant. Illud etiam diverſum eſt quod dici vulgo ſolet, cum moleſta ſolitudo ſit, naturâ hominem ſocietatem appetere, adeoque ſocietatem à natura eſſe: *Appetitus* à natura eſt, & quidem neceſſario, ut fieri aliter non poſſit; non enim ita ſegregare quiſquam ſe poterit ut non aliquando aliorum conſortium deſideret, ſed ut extra conſortium maneat averſante appetitu omnino poteſt: unde ſocietas à natura eſt, non neceſſariò, appetitus autem neceſſariò. ſi mille iſtiuſmodi homines qualis Adam, in ſtatu ut creditur adulto, quo proſpicere ſibi potuit, creati eſſent, ſolitarii degere ſinguli potuiſſent; ſed ne ſocios unquam appeterent, non potuiſſent: ſic Adamo Deus non dixit, fieri non poſſe ut ſit ſolus, ſed bonum non eſſe, ad infirmitatem forte humanam & indigentiam reſpiciens. Sed appetitus ex indigentia eſt * vel alia cauſa: Ex *indigentia neceſſariam* dicimus, inde ex ea ſocietas neceſſaria, nam va-

* *Introd,* §. 4. n. 19.

* *Supr. n.* 6. *fin.*

letudinarios aliorum opem non deſiderare, con-
tra dictamen rectæ rationis de conſervatione
ſui eſt. Sunt aliæ *non neceſſariæ*, ut delectemur
ſociis, vel commoda ab iis quæramus, quare
& inſtituta ſocietate civili mutuo homines ſe
frequentant, & eos magis à quibus commoda
majora ſperant. Tam neceſſaria ex indigentia
cauſa, quam non neceſſariæ ex accidenti ſunt.
Craſſius illud eſt, hominem animal ſociabile 10.
eſſe. neque enim homo animal non ſociabile
eſt, cum quo ſociari non poſſit, quam ſenten-
tiam puto nemini ſano in mentem veniſſe. Ap- 11.
tos autem homines ad ſocietatem civilem natos
eſſe, aperte falſum eſt: ſocietates enim civi-
les, cum non nudo congreſſu aut ſocietate ſim-
plici, ſed certo rerum ordine conſtitui atque
regi diximus, ordo autem is imperio & obe-
dientia conſtet, jam ſequeretur, ut ad obe-
diendum, ſic æque aptos omnes ad imperium
natos eſſe, cum ne milleſimus quiſquis (vides in
* §. 25. n. 2. ſtatu Democratico *) jam adultus, & diſci-
plina eruditus, imperio aptus ſit: & rectiſſi-
me Ariſtoteles, eſſe quoſdam qui parent ap-
tius, quam imperent. Quid dicam infantes
omnes naſci, qui quid ordinis, quid imperii,
quid rectæ obedientiæ, non intelligunt? Ap- 12.
paret igitur quæ de ſocietate ſimplici dicuntur
huc non pertinere. *Imperia* autem & ſubjectio-
nem omnem, ut contra naturalem libertatem,
quam nemo non amet potius quam alterius arbi-
trio regatur, non niſi ex urgentiſſima neceſſi-
tate, hoc eſt, metu eſſe; ſic appoſite Saluſtius,
Neminem volentem alteri imperium concedere:
Societatis ſimplicis cauſas longe eſſe alias, ad
eamque facilius homines deſcendere, quippe
quæ libertatem non tollat.

§. XVI.

1. §. XVI. *Conſenſus efficiens.*] Cauſa dans imperium, ſive *liber* conſenſus, ſive *coactus* ſit. Imperium arripere in alium naturaliter æqualitatis ratio non permittit *: itaque conſenſu opus fuit *, quare ordinationem humanam Petrus appellavit. Qui non conſenſerunt extra civitatem, atque adeo in belli manent ſtatu. Conſentiunt autem *libere*, ideo qui conſentiunt ut è ſtatu naturali exeant, vel, ex ea ratione poſtquam in civitatem coierint, defendere ſe adverſus vim externam, vel rerum egeſtate preſſi ſuſtentare ſe nequeant. Sic & herile ſeu

* *Introd.* §. 1 *n.* 4. & *n.* 2. *n.* 7. *hic.*
* *Infr.* §. 69. *n.* 5. *cir. med.* & *n.* 6.

2. dominicum conſtituitur imperium *: nam plures ſe conſenſu libero in ſervitutem publicam, ut ſinguli in privatam, dare poſſe, evidentiſſima hæc ratio eſt, quod pluribus eam conſentiendi libertatem denegare non poſſumus,

* §. 28. *n.* 3.

3. quam homini ſingulari concedimus. *Coacte*, ſi vis major ſubegit *: licet enim dum conſentiunt, conſentire libere dici poſſint, indeque conſenſus coactus conſenſus, voluntas coacta voluntas; principium tamen non liberum eſt, ſed quod per conſenſum ſubſequentem & approbantem convalidatur. Imperium *Deſpoticum* dicitur. Conſenſus autem ad hoc requiritur *, dum quouſque victi victori non conſenſerint hoſtilis maneat ſtatus, qui ſimul ac conſenſerunt in legitimum tranſit imperium. Sic ex conſenſu in ipſa vi ordinatâ eſt imperium. Ex vi ſola nec immediate, nec proxime, nec originarie imperium eſſe poteſt, nec ipſa vis imperii cauſa, ſed vel expetendi, vel extorquendi conſenſus modus, ab cauſa res plane diſtincta. Conſenſus proprie jus confert imperandi: quod in tranſitu moneo accurate diſtinguas ab jure ad imperium, (quippe quo ad con-

* §. 15 *n.* 2.
* §. 97. *n.* 2.

ſenſum agitur) & a poſſeſſione, & potentiis quas naturales diximus ante imperia. Actus autem per vim agentium ex metu juſtificari, &
* §. 15. n. 2. ſui conſervatione, ſupra * dictum, quippe quæ ratio fortior alterâ de æqualitate ſervanda
ſit. Nec ſecus in *invaſore* obtinet, etenim qui 4.
imperium quale ſit invadit, jam prius è ſocietate civili perfidè & contra pactum, vel ut ipſe putet ex cauſa ſe ſubduxit, adeoque totius reipub. & omnium in rep. hoſtis factus, ut oc-
§. 90. [illegible] cidi ab omnibus, cum tota ſua cohorte poſſit *, is igitur ſi adeo potens ut omnes poſſit ſubigere ſuæque poteſtati ſubjicere, ſi fecerit, imperium ut invicem ab hoſtibus occupavit, qui ſimul ac conſenſerint ei, jam legitimum tenet. Obedientia ei a ſingulis debetur ſolutis priori vin-
* §. 98. n. 10. culo *, dum nec præſtari iis debita a priore rege defenſio, ſecuritas, & imperii finis, populo ſalus, poſſit, qua deficiente naturalis redit ſe conſer-
* §. 86. n. 4. vandi facultas * & jus alteri ſe in ditionem dandi, qui defendere queat, præſtitâ uſque dum in alterius reciderint poteſtatem omni, quam pacti fuerint, obedientiæ devotione. Manente regi pulſo invaſorem repellendi jure, dum conſentientium calculo ipſe non ſubſcripſerit. unde & amiſſi regni retinere titulos & inſignia videas: optimo jure, niſi ipſum regnum conſenſu abdi-
* §. 97. n. 2. catum ſit *. Principium quidem in invaſione illegitimum & invalidum eſt, ſed quod conſenſu ſubſequente convalidatur. ſicut non præſtitus conſenſus, etiam poſt occupationem, occupatorem facit hoſtem manere nihilominus, ſic datus conſenſus efficere debet ne hoſtis ſit amplius: quidquid igitur minus ſollenne
* §. 89. n. 6. in vi, & injuſtum in occupatione fuit, con-
§. 51. n. 4. ſenſu obliteratum eſt *. Vides & periculoſiſ-

ſimam

ſimam eſſe conſequentiam, qua ad pœnam revocare cives rebelles, etiam poſt pactum, liceret, & continuo contractam pacem violare, unde priſtinæ confuſionis Chaos. Fides itaque invaſori ſervanda *. Nec eſt quod quis coactionem ei opponat: nam & conſenſus coactus conſenſus eſt, qualem ad acquirendum imperium ſufficere conſentiens doctrina eſt, nam & plurima vi bellica obtinentur. Nec de cauſa quiſquam quærat, quæ tota in arbitrium vim inferentis eſt, Deo rationes redditurí. Aliud forte ſi *prædo*, ſi *latro*, ob cauſæ differentiam. * *Adde* §. 3. *n.* 1.

5. *Paternum* imperium, quod antiquiſſimum, nec vi, nec conſenſu libero obtinetur. Sed nec qua ſoli patri aſſeritur generatio tribuit. Cauſa quidem naturaliter poteſtatem in effectum habet, ſed quia mater æquè ac pater ad opus generationis producendumque effectum concurrit, uterque effectus cauſa erunt. Neque matri ſoli aſſerimus quaſi prius partum in poteſtate haberet, ut vel educare vel exponere poſſit; quod enim utero geſtat mater commune, ex communi ſemine, poſſidet, & quod producit commune eſt; ſin abjiciat, quod pro parte viri eſt clam ei ſubtrahit. non poteſt quod ex communi materia fit unius proprium eſſe. Adde argumentum ab æqualitate in naturæ ſtatu *. Itaque commune eſt imperium, modo de patre appareat: alioquin ſola mater obtinebit, non jure præcipuo, ſed quod imperii conſors pater deficiat. Incommoda communis imperii qui allegant, jus non tollunt magis, atque æqualitatem omnem in naturæ ſtatu per incommoda æqualitatis. Æqualitatem conſtitutio civilis, commune utriuſque parentis imperium ipſe Deus ſtatim poſt lapſum correxit *, & jus

* §. 3. *n.* 11.

* §. 96. *fin.*

jus etiam humanum, ubi conſenſu placuit. Patri igitur imperium ex oraculo divino primum deducimus, quo mundo creato, nec vero diu, ſtatim autem poſt eſum fructus prohibiti, Deus in pęnam peccati mulierem viro ſubjecit, qua ſubjectione excipi quod ex ea 6.
naſceretur non potuit. Ex eodem fundamento *maritale* derivamus imperium, (generale, non definitum ad certas perſonas, quippe quarum inſuper conſenſus requiritur) etenim niſi ante ęquales *, fruſtra ſubjectio fuiſſet. quod & ad mulieres noſtras extenditur, quippe ad quas ut ipſum fraudis peccatum pervenit, ita non durare fraudis pęna non potuit. Neque vero placet ad hoc imperium ex mulierum infra viros imbecillitate fundamentum, eſt enim hoc ex iis quæ plerumque, non ſemper vera ſunt: quamquam & ſi imbecilliores, ut imperium naſceretur oporteret a validioribus ſubactas eſſe, neque enim ſola ſuperandi poteſtas dominum facit, ſi non actus ſequatur. Exceptio autem ab mariti imperio eſt, ſi is juri ſuo ceſſerit, quippe quod ei non in vim legis ſeu præcepti, ſed conceſſæ facultatis datum: qualis in eo caſus, qui ſubjectus feminam imperatricem duxerit, quæ imperandi jus ſibi ſervet.
Prius autem ex dicto fundamento maritale, 7.
quam paternum fuit imperium. Hoc autem ut ab initio fuit, uſque ad civilia inſtituta cum ipſi patres ſeſe imperantibus ſubmitterent, ita mundus nunquam ſine aliquo imperio ſtetit: ſed quod ſingulorum ſecuritati non ſufficeret, dum patre defuncto inter fratres ut dictum æqualitas *, iiſque defunctis inter nepotes eſſet, uſque dum per temporum ſucceſſiones, creſcente multitudine, imperii is ſtatus ad meram confu-

* Confer. §. 3. n. 11.

* Supr. n. 1. Introd. I. n. 5.

fuſionem dilaberteur : unde metus, cujus cauſas ſupra indicavimus *. Itaque imperio generali opus fuit. quod & totum ad alios vel conſenſu novo per electionem, vel ſucceſſionem perveniret. Eſt enim *electio* vel electionis actus explicandi conſenſus modus per ſuffragia. Conſenſus exprimitur per ordinatam electionem. Et *ſucceſſio* nihil aliud quam acquirendi modus imperii jam præexiſtentis, ſeu continuatio eſt imperii *.

* §. 8.

* *Adde* §. *ult.* n. 4.

§. XVII. *Ita dum pacto quiſquis conſentit, ut*
1. *per conſenſum unus imperans, cæteri ſubjecti ſint.*] Pacto intercedente ſingulorum cum ſingulis inter ſe, quo quiſquis realiter ei juri *renunciat* quod à natura habet, & determinate unius perſonæ voluntati propriam quiſquis voluntatem *ſubmittit* : Quod extremum in pacto eſt. Sunt enim gradus priuſquam ad pacti extremum perveniatur, quæ & ipſa pacta. Prima enim convenientium deliberatio eſſe debet, *Velle* è confuſionis ſtatu *exire*, hoc enim niſi prius placuit, de imperio inſtitui deliberatio non poteſt. Altera de *Modo* exeundi, per imperia, cum reperiri inter plures modos quo tutius exeatur alius non poſſit. hoc eſt, velle renunciare, velle ſe ſubmittere. Tertia de *Forma*, cum non eadem omnibus placet : Si Democratia placuit, jam cum formæ diſtinctione definitum, qui imperent : Si Ariſtocratia, quarta ſuccedit, *qui Optimates* eligendi : Si Monarchia, *quis Rex* nominandus. Eaque principalis eſt concluſio. Quam ipſa deinde *Electio & Submiſſio* ſequitur : quæ ſola plerumque apparet, ut in Moſe, Saule, Joſua, cætera præſupponuntur. Electionem & ſubmiſſionem *Acceptatio* ſequitur *, neque enim repudiatâ imperium naſci-

* §. 29. n. 1. §. 94. n. 2.

naſcitur. Acceptatio ſub pacto ſingulorum non venit, nec ipſis qui de imperio pacti hactenus fuerint cum imperante pactum intercedit *, quippe qui ante pactum, & ſub pacto non ſit talis, pactoque cum jus amittatur, ſub eo venire contra conditionem eſſet imperantis: fit autem per ipſum pactum, ſeu pacti complementum mavis, dum nempe in ejus gratiam renunciatio fit, & ſubmiſſio, & ipſe acceptet, nec renunciet, nec ſubmittat, ſed naturę jus in omnia retineat, eaque ratione omnibus fiat ſuperior *. Virtus renunciationis eſt, ut *reſiſtendi jus* cum aliis naturalibus a ſingulis tollat *, ſi unus illę jure naturæ uſus fuerit, (venit enim hoc jus inter reliqua jura) & ipſi illi uni agendi *jus non impeditum relinquat*, renunciantibus ejuſdem actionum *patientiam imponat*, dum reſiſtentiam adimat. Per voluntatis ſubmiſſionem *velle* ſinguli ſe dicunt (vel dicere intelliguntur) quod is unus voluerit: ſubmiſſio enim voluntatis eſt ſubmiſſio. additque ea actioni non impeditæ & patientiæ inſuper aliquid quod proprias renunciantium & ſubmittentium actiones reſpicit, *obedientiam* nempe voluntati unius, qui effectus eſt ſubmiſſæ voluntatis. Hæc duo totum complectuntur quod imperii dici poteſt in ampliſſimo ſuo ſignificatu, ut per ſingula Majeſtatum capita patebit. 2. Singulis nempe in naturæ ſtatu jus ſe regendi, & de actionibus ſuis diſponendi naturale fuit, voluntas libera, nulli ſuppoſita, & jus proprio arbitrio obediendi, quod per renunciationem & ſubmiſſionem unius factum imperantis eſt. Submiſſio autem ea, in prima imperii inſtitutione, ut mihi quidem perſuadeo, expreſſa fuit, per actus ei negotio ſufficientes, ſed

* §. 14. *n*. 3.
* §. 28. *n*. 4.
* §. 39. *n*. 1. §. 88.

ſed quos, puto, ubique vetuſtas & temporum, injuria perdidit. Renunciatio *juris tranſlatio* non eſt, nec ipſa ſubmiſſio, cum tibi ipſi magis adimis, voluntatem puta liberam, quam alteri confers. Sed & juris translatio aliqua expreſſa ut fiat nihil video neceſſarium; quod enim tranſlatione à ſingulis daretur jus ſingulorum naturale eſſet, quale ipſe imperans naturaliter ita habet ut ſuperaddi à nemine quicquam poſſit, niſi unius jus majus quam alterius ſtatuamus, quod naturæ æqualitas vetat: jus igitur non datur ei ſed relinquitur tantum, juris exercitium liberum conceditur, ad quod renunciatio ſimplex ſufficit, quæ, ſi ita placet, tranſlatio etiam tacita dici poterit, & nos forte dicemus, cum & expreſſa nil vitiet. Illud unicum imperanti per hos modos accedit, ut jure ſuo non ad privatam
3. jam, ſed publicam etiam poſſit ſalutem uti. Concidit hinc, quod ſubtiliores opponunt, ſingulos quod imperii eſt nihil habere, nec jus vitę aut necis in ſe ipſos, adeoque tranſire pacto inito & conſenſu non poſſe: Ut enim imperium ſinguli habeant ex prædictis apparet nihil eſſe neceſſe, dum renunciandi & ſubmittendi
4. jus habeant Quantum in vitam & necem in imperantes juris tranſit, infra videbimus *. Abſit autem longiſſime ab humana cogitatione, omniregentis Dei hic partes excludere: quidquid enim juris homo à natura habet, à Deo habet *naturæ autore*: ſed cum ſub naturæ ſignificatione dictum ſupra ſit * facultatem venire naturalem, & dictamen rationis naturalis, ſequitur ut & renunciatio & ſubmiſſio authore Deo ſit, & juſta utriuſque faciendi ratio, quod proxime notatum. Sic mediante renunciatione & ſubmiſ-

* §. 29. *n.* 3. *ſeqq.* §. 94. *n.* 15.

* *Introd.* §. 1.

* §. 15. *n.* 2. *fin.* §. 12. *pr.*

miſſione, ab eodem Deo jus & imperium, & cum ipſi a Deo pendeant, hominibus ſuperiores, ſoli *Dei gratia* Reges. Altero ſenſu a Deo Reges imperium qua tales habent, dum eorum *Vicariâ* uti operâ in terrarum regimine ipſi Deo, ut alibi Angelorum placuit: Et alio ſenſu imperium habere à Deo quod infallibili & irreſiſtibili ſuo *decreto* ab æterno ita conſtituit, ut qui rex eſt, is eſſet. Et ad poteſtatem certè Dei directricem & ſupereminentem referri debet, qui hominum *corda* regit, menteſque ita diſponit, ut quem ipſe imperio deſtinaſſet, in eum populus conſentiret, regemque acciperet: rarius autem, nec ſine myſterio factum. Ad eandem mirabilis regnorum regumque *conſervatio* referenda. Et ſolius omnipotentis Dei ſolio reges privare, cum & vita poſſit *.
* Senec. *Omne ſub regno graviore regnum eſt.* His ſenſibus poteſtas omnis à Deo dicitur: regna cœlitus data: per Deum regnare principes: in manibus Altiſſimi regna poſita: & ipſe Deus Rex Regum ſalutatur: & quæ ſimiles tum in ſacris tum profanis loquendi ſunt formulæ. Unde ſæpius Juſtinianus Imperator, *A cœleſti Majeſtate ſe imperium accepiſſe.* Eodem ſenſu poteſtates inferiores à Deo eſſe dicuntur: ita de Pontio Pilato Chriſtus, *Deum illi dediſſe poteſ-* 5.
* Joan 19. 11. *tatem* *, ſed quæ ſub Cæſaris eſſet poteſtate. *Quiſquis* autem cum dicitur, major hominum conſiſtentium in naturę ſtatu pars vulgo intelligitur: Sed cum hæc in eo ſtatu minorem non vincat, & non conſentientes hoſtium ſint loco dum adverſus eos naturę jus maneat, *quiſquis vel major pars* de fortioribus intelligenda, qui ſtatum civilem adverſus cęteros tueri poſſint.
* §. 85. n. 4. §. 89. n. 4. In Conciliis * ut formato jam ſtatu Democratico

6. tico hoc obtinet ut numeris cenſeantur, non in noſtra hac de inſtituendo primo imperio congregatione quæ quaſi democratica eſſet dici non poteſt *, quia & numeris pars minor, modo fortior, invita majore, concludere pro imperio, ejuſque forma, & modo poteſt *. Quæ * §. 25. n.2. §. 100. n. 8.
7. pars autem, hoc eſt quicunque omnes in rempublicam convenerunt, conſentientes in eandem juris renunciationem & ſubmiſſionem haberi debent, pacto inito ut ab omnibus invicem æquali ſecuritate proviſum ſit, obligatorio inter ſe, cum qui alteri quod debet præſtare non deſinit, id eſt jure ſuo ſeu facultate naturali ante renunciationem competente, adverſus eum non utitur, eundem is ad ſimile obligatum virtute ejuſdem pacti teneat: omnes obligati uni ſunt, qui conceſſam imperii conditionem ſuſcepit. Quæ de ſingulis in naturæ ſtatu dicta ad civitates transfer, quæ & ipſæ per juris renunciationem & ſubmiſſionem in alterius ditionem cedunt. Submiſſio autem expreſſa requiritur, & quæ ex mente ſincera proficiſcatur, hoc eſt animo ſubmittendi, deque ſubmiſſione per actum tanto negotio congruum ac ſufficientem conſtet: Sola enim vel liberalior reverentiæ & poteſtatis profeſſio ſubjectionem non inducit, cum humanitatis magis ſit teſtimonium, & ad dignitatem exprimendam, vel benevolentiam * dd. loc.
8. etiam captandam, quam ad jus pertineat. *Tacite* ſe ſubmittunt qui ſub idem concedentes imperium ob vitæ ſuæ & rerum tutelam, & defenſionem publicam, hoc ipſo defendendi in imperante jus agnoſcunt *, quod jus ad media & * §. 89. n.3. ſeqq.
9. jura Majeſtatis omnia complectitur. Sic imperantem poſſeſſio tuetur * ubi de conſenſu expreſſo non apparet. Igitur ſive tacite ſive expreſ- * §. 28. n.5.

preſſe, ex pacto *unus imperans, cæteri ſubjecti* 10.
fiunt. Hoc penes imperantem eſt, cum ſit im-
* §. 28. *n.* 5. *& per tot.* perans, quod ad imperium ſufficit *: quod ſub-
jectionem & obedientiam a parte altera inclu-
* §. 96. *n.* 2. dit, nec minus nec amplius *, niſi expreſſe
dictum, ut alibi plenius. De regno ipſius *Dei*
* §. 92. *n.* 7. 8. per pactum in Hebræos peculiari: Et cauſa regni
ejus naturalis in omnes homines infra dicetur*.

§. XVIII. *Hinc ſumma quæ dicitur Majeſtas.*]
Quippe in quem omnes conſenſerunt *Majeſta-* 1.
tis nomine inſignitur: quæ dignitatis & po-
teſtatis ſignificativa eſt. Unde alibi, *Summa* 2.
poteſtas, Dominus, & Princeps appellatur voce in
potentiore ſignificatu accepta. Diſtinguit Poë-
ta, *Tu Domini nomen, Principis ille tenet:* Et
Romanorum Imperatores, poſtquam palam &
ſine ulla diſſimulatione regnum liberrimum te-
nerent, *Principes* tamen appellatos hiſtorias le-
genti manifeſtum fiet: nempe artis hoc erat, ut
auram populi & benevolentiam captarent, im-
perii modeſtiam ſimulando, dum veſtigia quaſi
remanerent morientis jam vel mortuæ liberta-
tis. Vetus ſcilicet arcanum eſt, ſpecioſa nomina
rebus etiam peſſimis indere. Sed & Majeſtatis 3.
vox modeſtia quadam, & probandæ Liberta-
tis, non juris ratione, dici de Republica non
ſolet. ſic nempe uſus introduxit in odium Do-
minatus, & ſingularis imperii: ſed qui ab arbi-
trio utentium pendet. Voce autem ſimpliciter 4.
poſitâ, ejus in quo ſumus territorii Princeps
intelligitur. *Summa* dicitur, quia ſuperiorem 5.
* §. 63. *n.* 15. §. 94. *n.* 7. & 96. *n.* 7. agnoſcit neminem *: quin ea ſummi conditio
eſt, ut nihil adæquet. æqualitas ſummitatem
evertit; & dari nihil magis atque duo infinita
poſſunt; vel ad unum poſterius ſi duo velis
poſtrema dare, quorum alterum altero non ſit
po-

6. poſterius. itaque non eſt Summitas. Quod omni imperio, paterno, herili, deſpotico, & voluntario, etiam conditionato convenit *: * §94. n. 7.
ubi enim de ſummitate quæritur, dicendum æque ſumma eſſe imperia.

1. §. XIX. *Poteſtas eadem eſt.*] Conſenſus æqualis æquale omnium imperantium jus facit. In herili conſenſuali, & deſpotico ubi ſervitus obtinet, quamvis ipſos homines uterque victor & dominus proprietatis & dominii jure poſſideat, ſi legis naturalis obligationem ſpectemus, laxior poteſtas in corpora, atque alibi eſſe non debet; unde nec major atque ſub inſtitutivo quovis * ubi ſervitus non obtinet. * §20. n. 6.
2. In res vero utriuſque herilis & deſpotici majorem eſſe poteſtatem *, licet conſenſu à ſervitute receſſum *, ea ratio probat, quod ſervitus de rebus non dicitur, adeoque effectus tantum perſonalis ſeu jus quod ſpectet perſonam ceſſet: neque vero res accedere quodammodo in perſonæ conſequentiam videri poſſunt, cum receſſus ille juris ſtrictiſſimi habendus ſit. * §. 30. n. 9. * §. 97. n. 4.

1. §. XX. *Vt libertas eadem.*] Sub imperio: Nam quæ in naturæ ſtatu ſingulis æqualis erat, conſenſu æquali æqualiter imperio & legibus
2. ſubjecta eſt *, nulla formæ diſtinctione. Illud verò eſt liberum eſſe, nulli ſubjectum eſſe *, quomodo in naturæ ſtatu ſinguli, nunc Reges ſunt. Quoties igitur inſtituta poſt imperia, de libertate ſermo eſt, non de ſubditorum ſed imperantium eſt, qua corpus ſunt, non qua ſinguli, quia jus iis naturale, quæ libertas eſt non impedita, manet, quam & appellare libertatem publicam licet. Subditus quisquis imperantibus eſt: imperantes nemini. Liber eſt qui legibus non tenetur: ſola imperantis fortuna le- * Supr. §. 17. * *Proculus l. 7. d. captiv. & poſtl.*

preſſe, ex pacto *unus imperans*, *cæteri ſubjecti* 10.
ſiunt. Hoc penes imperantem eſt, cum ſit im-
* §. 28. n. 5. & per tot. perans, quod ad imperium ſufficit *: quod ſub-
jectionem & obedientiam a parte altera inclu-
* §. 96. n. 2. dit, nec minus nec amplius *, niſi expreſſe
dictum, ut alibi plenius. De regno ipſius *Dei*
* §. 92. n. 7. 8. per pactum in Hebræos peculiari: Et cauſa regni
ejus naturalis in omnes homines infra dicetur*.

§. XVIII. *Hinc ſumma quæ dicitur Majeſtas.*]
Quippe in quem omnes conſenſerunt *Majeſta-* 1.
tis nomine inſignitur: quæ dignitatis & po-
teſtatis ſignificativa eſt. Unde alibi, *Summa* 2.
poteſtas, *Dominus*, & *Princeps* appellatur voce in
potentiore ſignificatu accepta. Diſtinguit Poë-
ta, *Tu Domini nomen*, *Principis ille tenet*: Et
Romanorum Imperatores, poſtquam palam &
ſine ulla diſſimulatione regnum liberrimum te-
nerent, *Principes* tamen appellatos hiſtorias le-
genti manifeſtum fiet: nempe artis hoc erat, ut
auram populi & benevolentiam captarent, im-
perii modeſtiam ſimulando, dum veſtigia quaſi
remanerent morientis jam vel mortuæ liberta-
tis. Vetus ſcilicet arcanum eſt, ſpecioſa nomina
rebus etiam peſſimis indere. Sed & Majeſtatis 3.
vox modeſtia quadam, & probandæ Liberta-
tis, nonjuris ratione, dici de Republica non
ſolet. ſic nempe uſus introduxit in odium Do-
minatus, & ſingularis imperii: ſed qui ab arbi-
trio utentium pendet. Voce autem ſimpliciter 4.
poſitâ, ejus in quo ſumus territorii Princeps
intelligitur. *Summa* dicitur, quia ſuperiorem 5.
* §. 63. n. 15. §. 94. n. 7. & 96. n. 7. agnoſcit neminem *: quin ea ſummi conditio
eſt, ut nihil adæquet. æqualitas ſummitatem
evertit; & dari nihil magis atque duo infinita
poſſunt; vel ad unum poſterius ſi duo velis
poſtrema dare, quorum alterum altero non ſit
po-

6. poſterius. itaque non eſt Summitas. Quod omni imperio, paterno, herili, deſpotico, & voluntario, etiam conditionato convenit *: ubi enim de ſummitate quæritur, dicendum æque ſumma eſſe imperia. * §94. n. 7.

1. §. XIX. *Poteſtas eadem eſt.*] Conſenſus æqualis æquale omnium imperantium jus facit. In herili conſenſuali, & deſpotico ubi ſervitus obtinet, quamvis ipſos homines uterque victor & dominus proprietatis & dominii jure poſſideat, ſi legis naturalis obligationem ſpectemus, laxior poteſtas in corpora, atque alibi eſſe non debet; unde nec major atque ſub inſtitutivo quovis * ubi ſervitus non obtinet. In * § 20. n. 6.
2. res vero utriuſque herilis & deſpotici majorem eſſe poteſtatem *, licet conſenſu à ſervitute receſſum *, ea ratio probat, quod ſervitus de rebus non dicitur, adeoque effectus tantum perſonalis ſeu jus quod ſpectet perſonam ceſſet: neque vero res accedere quodammodo in perſonæ conſequentiam videri poſſunt, cum receſſus ille juris ſtrictiſſimi habendus ſit. * §. 30. n. 9. * §. 97. n. 4.

1. §. XX. *Vt libertas eadem.*] Sub imperio: Nam quæ in naturæ ſtatu ſingulis æqualis erat, conſenſu æquali æqualiter imperio & legibus
2. ſubjecta eſt *, nulla formæ diſtinctione. Illud verò eſt liberum eſſe, nulli ſubjectum eſſe *, quomodo in naturæ ſtatu ſinguli, nunc Reges ſunt. Quoties igitur inſtituta poſt imperia, de libertate ſermo eſt, non de ſubditorum ſed imperantium eſt, qua corpus ſunt, non qua ſinguli, quia jus iis naturale, quæ libertas eſt non impedita, manet, quam & appellare libertatem publicam licet. Subditus quiſquis imperantibus eſt: imperantes nemini. Liber eſt qui legibus non tenetur: ſola imperantis fortuna le- * *Supr.* §. 17. * *Proculus l. 7. d. captiv. & poſtl.*

gibus excepta eſt. Nulla igitur populo libertas eſt ubi lex eſt: actio libera eſt ubi lex ſilet. Tot libertatis naturalis vincula ſunt quot leges. Cunctis unus ſuperior legibus princeps naturæ libertatem retinet. Liberi ergo *Principes*, & in naturæ ſtatu: non ita *ſubditi*, quod vel ipſa ea vox indicat. *Toto jam liber in orbe Solus Cæſar erit. Lucan.* De libertate *actionum* loquor. Eſt enim & alia quam *animi* voco, cui opponere ſubjectionem licet quâ propter ſpem, metum, beneficia, vel ſimile quis ſubjectum ſe alii profitetur. *Corporis* appello, dum circumire quo libet licet, qua gaudere non contingit iis qui certo loco tenentur, & inter hos liberi minus qui loco anguſtiore coactantur: hoc ſenſu & maria non libera, quibus Deus terminos poſuit; & luminaria cæleſtia, dum ſpatia determinata habent, eoque reſpectu obedire creationis & naturæ ſuæ legibus dicuntur. Sub *herili* imperio tanto ſubditorum libertas minor 3.
eſt, quanto ex ſervitute ſubjectio major habetur; minus liber eſt qui lege ſeviore tenetur:
Sed ſub qua ipſa longè meliore poſiti conditione ſinguli, ſeu cives ſeu ſervi ſunt, quam ſub 4.
ſtatu naturali erant *, vel victi cum vita ſaluſque omnis in manu victoris eſſet *. Sub *demo-* 5.
cratico autem imperio tantum quiſquis de naturali libertate poſſidet, quantum qua imperans in imperio ſuffragium valet, dum eatenus nullius ſubjectus eſt legibus vel imperio. Hoc ſen- 6.
ſu populi imperium ſub Libertatis nomine, qua mirifice placere vulgus innocens ſibi ſolet, à regno proprie ſic dicto diſtinguitur. cætera paria, & acrior quandoque libertas regno: libertatem ſibi fingunt jus per ſe imperandi, quamvis durius ſit imperium. Sic & liberum ap-

* §. 9. 10.
* *Infr.* §. 97.

appellare licet populum quem vis popularis ſubegit, dum populari regitur imperio *, licet victor in propriam utilitatem regat. nominis diſtinctio non rei eſt. quamvis & eo ſenſu libertas apud bonos authores ſępius occurrat: ſed quod imperii formam, non aliud notat. Quod autem ex legis civilis permiſſione, licet expreſſa, fit, non eſt proinde libertatis civilis dicendum, manet enim naturalis *, quam lex civilis vel non tollit, vel confirmat, vel reſtituit, nihil ex jure novo addit; erat jam ante legem ea libertas, quæ manet non impedita per legem: itaque in actionibus permiſſis non ratio aliqua civilis, ſed ſola naturalis ſpectanda, niſi promiſſioni limitatio adhibita, quæ limitatio civilis erit.

* §. 25. n. 9.

7.

* Supr. §. 12. n. 4.

1. §. XXI. *Quam nec auget territorium.*] Non plus habet juris qui latius imperat. diſtincta ſunt territoria, ſingulis ſua jura propria, vis majeſtatis eadem. territorium ad jus quod ex conſenſu venit nihil confert. eadem poteſtas in una eſt Thebarum civitate, & in magno Perſarum rege, dum penes utrumque abſoluta plenaque majeſtas ſit. Vix tamen eſt ut Majeſtatis vox, dignitatis maxime ſignificativa, de terris anguſtioribus uſurpetur.

§. XXII. *Nec minuit forma.*] Jus ex conſen-
1. ſu eſt, & ipſa forma ex conſenſu: diſtincta ſunt hæc, imperii formam eligere, & electæ poteſtatem dare: jus igitur & forma cum à conſenſu deriventur, non jus ex forma, ſed
2. *ex voluntate* metiendum. Non Rex in regno magis, atque in rep. Senatus pollet. Rex ipſe Senatus eſt. *Rex ipſe populus, annuas mandat vices.* Fallitur egregie quiſquis ſub principe credit ſervitium magis eſſe, quam ſub populo.

Idem de libertate eſt judicium. Liber populus 3.
eſt, ſed qua regens: regit qua univerſus, qua corpus, qua perſona; regitur qua ſinguli diſſoluti, perſonæ plures. Idem diverſo reſpectu & imperans, & ſubjectus eſt *.

* §. 25. 4. 5. 6.

§. XXIII. *Nil mutat fœderatio.*] Si æquale 1.
ſit fœdus nulli dubium eſt: Eſt autem *æquale* quod utrimque eodem modo ſe habet, nec uni quam alteri magis tribuit. *Inæquale*, quod magis tribuit, hoc eſt, jus præcipuum aliquod ſeu prælationem alteri, vel permanentem vel tranſeuntem, donat. Si permanentem, ex qua conſervare quis alterius imperium ac majeſtatem comiter teneatur, (imperii reverentiam dixit Tacitus) manet nihilominus ſummum, abſolutumque quod erat prius, imperium: etenim niſi ſummum maneret, ſtare cum eo fœdus non poſſet *: quid quod non alia ratione contrahatur fœdus, quam ut libertas ſervetur? optime hæc Proculus ſuo reſponſo complexus eſt *. Potentiori autem cum in hoc fœdere ceditur, ita inferior alterius majeſtatem comiter conſervet, ut & propriam ſevere tueatur, ne dum ſuperior paulatim ſe ingerat, vel ſub umbra ſit libertatis vel libertatem ipſam amittat. Plus eſt in clientelari fœdere, cum inferior ſe in clientelam, patrocinium, fidem, protectionem, defenſionem tradit ſuperioris (advocatiam armatam appellant) quo tutius ab vi hoſtium libertatem conſervet: liber quippe manet. Clientelæ vero conditiones legeſque diſtincte & aperte dicantur, ne de generalioribus quandoque diſceptatio invadendæ libertatis materiam ſuperioris libidini præbeat. Si cum imminutione imperii fœdus, tantum de jure majeſtatis decedit quantum fœdere continetur.

* §. 50. n. 2.

* *L. 7. d. captiv. quam omnino vid.*

tur. tale Carthaginienſium cum Romanis, ne cui bellum facerent injuſſu populi Romani: ubi belli indicendi jus (quæ pars maxima eſt majeſtatis) ab arbitrio Populi Rom. pendebat.

3. quod de ſimili ſit judicium. Eſt autem fœdus cum qui hoſtes non ſint, ad amicitiam ſociali fœdere inter ſe conjungendam, coëunt. unde & ſocii, & amici, fœderati: quod amicitiæ fœdus. aliud quod auxilia defendenti, vel offendenti pollicetur: unde defenſivi fœderis & offenſivi ſpecies. quandoque & materiam diverſam habet *. Si cum hoſte tractatus, non fœderis ſed pacis, generalius conventio publica dicetur *. Diſtinguenda negotia fœderis accurate ab ſociorum particularium ſunt.

* §. 51. n. 3.

* §. 50. n. 3.

1. §. XXIV. *Non tollit Vnio.*] In Unione enim quæ inter plures contrahitur reſpublicas ut jura per ſe, & ante unionem ab alterius diſtincta & ſingulis propria contrahentes nulla ſibi ſervent, ipſa jura communicantur *, ita ut quæ ſingulæ prius ſeparatim, jureque ſingulis proprio, jam uniti, junctim, & concurrenter exerceant *, cum una ſit reſpublica, unum corpus, una ſumma poteſtas, unum imperium ſummum: à quo *Vno* ut magiſtratus omnes inferiores, ſic juriſdictio omnis, juraque omnia majeſtatis ita dependent, ut ſinguli quod ea ſpectet, nihil habeant quod unito non ſubſit imperio. Eaque *vera* dicenda *Vnio*: Angli *coalitionem* dixere *: eſt enim talis quando plu-

2. res conſenſu Unum fiunt. Quæ autem ſervatis ſit juribus non eſt talis, quia communicatum nihil intelligitur niſi quod expreſſe dictum: cætera ſui juris, & poteſtates ſingulæ ſummæ, unione ad certos fines reſtrictâ; eoque reſpectu *particularis*, *non-vera*, & corpus unum non

* §. 59. n. 1. 2.

* d. n. 2.

* *Aitz. tr. pac. edit. latin. p. 829 ſeq.*

niſi impropriè; rectius fœdus ad amicitiam, ſocietatem, defenſionem communem dicetur, prout ipſo pacto convenerit. Neutra vero ſpe- 3.
cie amittuntur jura, ut vel uni decreſcat, alteri accreſcat. Sed nec uniuntur regna quæ plu- 4.
ra ſub uno eodemque principe concedunt: diſtincta manent ſingula: neque enim in morali & civili corpore, ut in naturali quidem, contra naturam eſt, ut unum idemque caput plurium ac diſtinctorum ſit corporum; itaque de eo rege judicandum atque de pluribus eſt, quomodo ſi duæ pluresve qualitates in unam eandemque perſonam concurrant. ita diſtinctum utriuſque regni jus manet: & alio jure Rex illi, alio huic, nec eodem alteri præeſt.

§. XXV. *Populus, Primores, ſeu Singuli re-* 1.
gant.] Unus, plures, vel omnes. Numeri diverſitas formam diverſam facit. hinc tres vulgo formæ, ſub *Monarchiæ*, *Ariſtocratiæ*, & *Democratiæ* nomine. De prima & ultima vera & apta eſt denominatio: poteſt autem plurium dici imperium licet non ἄριστοι regant. Ariſtocratia & Democratia Polyarchiæ ſunt ſpecies, quare rectius imperium in duas diſtinxeris formas. *Monarcha* dicitur qui ſolus imperium tenet, quoquo titulo noſcatur, modo titulus is poteſtatem ſummam, liberam ab omni ſubjectione ſignificet, quippe cum qualitatem Deo proximam ſignificet, dici majus quicquam nihil poteſt. Unus natura dictus, quod ab Uno civili diſtet. Quibus imperio minus recte videbitur uti, *Tyrannus*: qui violenter occupatum imperium ſine populi conſenſu tenet, *Invaſor* dicitur, & hoſtis loco eſt donec
* §. 16. n. 4. vitium conſenſu legitimo purificatum ſit *. In *Ariſtocratia* imperium penes Optimates eſt:
ea-

eaque forma vel ex conſenſu eſt primario multitudinis in ipſa imperii inſtitutione *, vel ſe- * §. 17. n. 5.
cundario mutatâ formâ, per ea quæ infra ple- 6.
nius *: neque enim Ariſtocratia neceſſario ex * §. 94. n. 2.
Democratia eſt, quia nec ipſa de inſtituendo imperio congregatio prima democratica
eſt. * Eſt ariſtocratia vel cum *Principatu*, vel * §. 7. n. 16.
2. *ſine Principatu.* Manet *Optimatium* vulgo nomen, licet quidam non Optimi præſint. Semper vero penes populi partem minorem conſiſtat, & conveniendi tempus, & locus certus ſit. Si ex diverſis populi ordinibus, *Ordinum* dicitur Imperium, differentiis qualitatum quibus ad rempublicam ordinantur. Si pauciſſimi
3. ad ſe traxerint, *Oligarchiam*, vel ex vitio ſtatum corruptum appellant. Quod ſi malum eſt, rerum poteſtatem ſummam directricem intra pauciſſimos conſiſtere, neceſſarium puto: neque vero omnes tanto numero qui in concilio aſſident, gubernandæ reip. æque idonei ſunt, cum & plurimos ineptiſſimos reperias, qui ne propriæ quidem reip. ſtatum internum, jura Majeſtatum, quid dicam externum noverint: qui reip. ſitum, præſidia, vires, commoda, opes, onera, (quæ ſcire omnia ad defenſionem & ſalutem ſpectat populi neceſſario, cum finis ſit imperii) penitus ignorant. Adde & plurima apud principes externos eſſe arcana, ad quæ non niſi ingeniis perſpicaciſſimis, judiciiſque acutiſſimis, per longam rerum ſeriem, & præſentium cum antecedentibus & futuris conjunctionem inſtructis, patere poteſt aditus, (quæ & ipſa ad defenſionem maxime ſpectant externam) de quibus diſſerere cæteri cum intelligant, neſcio quid miraculi audire ſe putant, obmuteſſentes, vel confuſa multa nullâ

ratione vel ex pertinacia obloquentes: ſic contumaces, quod genus peſſimum, vel obſequentes ſeu aſſentientes magis quam imperantes ſunt. Quanto igitur quisquis ingenio excellentior, tanto cæteris in imperio potentior merito haberi debet, dum ſententiâ plus valet: præcedunt illi potentes, ſequuntur infirmi: ſed quod vitio neutri, ſed virtuti adſcribendum, dum & experientia compertum ſit optime ſic
reipublicæ conſultum fuiſſe. In *Democratia* 4.
ſuffragii jus quilibet civis habet, naturæ tanto magis cæteris conveniens quanto magis ad libertatem accedit: unde gratior vulgo, ſed & tanto periculoſior, quanto ex æqualitate ad
confuſionem pronior. Ubi convenerint omnes 5.
congregati, unius perſonæ vicem ſuſtinent: unde & conventus, perſona dicitur, corpus, unum quid civile, non naturâ, ſed cum naturali conveniens quod una utrique voluntas &
actio attribuitur. Alio nomine *populus* dicitur, 6.
ſed eo ſenſu quo à multitudine diſtinguitur, quæ vox cives omnes, ipſos etiam ſuffragantes, extra concilium, ſingulos, non qua corpus, complectitur, uno ſubjectorum nomine: quamquam & ſæpius populi vox pro multitudine uſurpetur, & nos utemur, improprie. Accepta priori ſignificatione qua ipſos imperantes deſignat, aliis etiam ſpeciebus convenit, ut quod de populo dicitur, & de rege dictum cenſeatur. qua ſignificatione aptiſſime interpreteris, quod peſſime ab aliis, *Vocem Populi vocem eſſe*
Dei *. Populi autem vox, noſtra ſpecie, in 7.
majore civium parte verificatur, ut & eos complectatur qui vel non convenerunt, vel non eſt jus conveniendi, neque enim ſolent, in magna præſertim republica, relictis laribus & fo-
cis

* *Confer.* §. 64. *n.* 2. *fin.*

cis omnes convenire: Nec quod exteri *, & inopes valde, fex populi, & feminæ, ſervi adoleſcentes, & qui à publica religione diſſentiunt *, à conveniendi jure & deliberationibus publicis arcentur, remp. facit non popularem eſſe, pro aliis enim patrum valent ſuffragia, quibus & ipſis, cum civitatem initio conſtituiſſent, jus fuit alios non niſi ſub conditione admittendi: quamquam recedere à natura Democratiæ ſimplicis parumpar videatur. Qui non convenerunt, ex voluntaria abſentia, cum contradicendi jus eſſet, quod concilio placuit conſenſu ſuo comprobaſſe intelliguntur *. Per ſe enim ſuffragari quisquis debet, abſentiam per procuratorem ſupplere non poteſt, niſi ubi

8. aliud receptum. Formæ hujus vitium eſt, ſi ad *Anarchiam*, vel *Ochlocratiam* deflectat. Anarchia dicitur, ubi nullum eſt imperium, nullus perſonarum reſpectus, ordo ad primam confuſionem revertitur. Ochlocratia, ubi fex populi, *Canaille*, het graauw vulgo, remotis, vel ſuppreſſis melioribus, ſola imperium occupat. Commune Democratiæ cum Ariſtocratia nomen quamvis Poliarchiam diximus, utramque tamen non inepte Monarchiam appellaveris, quod unus imperet; eſt enim *Vnum* quid Populus, Senatus *, (*civile*, non natura-

9. le) qualis unus rex eſt. Provinciæ ſi unus præſit, qui mandante victore populo ſolus regat, imperium ipſum populare *, imperii exercendi modus monarchicus erit. aliud jus ipſum, aliud juris exercendi modus eſt. imperat reſpectu ſubditorum præſes, ſed & ipſe imperata exſequitur, itaque imperium ipſum populare, cum imperare ipſe jure ſuo non poſſit. ab imperante ſummo, non ſubalterno imperii fit denominatio.

* *Vid. Nov.* 149. *c.* 1. *pr. Gothofr.*

* *Vid. L.* 15. 19 *d. Epiſ. aud. l.* 18. *d. hæret. l.* 8. *d. defenſ. civit. Nov.* 37.

* *C.* 36. *de elect.*

* *Vid. l.* 56. *fin. d. Cond. & dem.*

* §. 20. *n.*6.

tio. non jure ſuo diſponit præſes, nec ſummè quod non Concilio placeat. Contingit autem 10. ut idem qui viro modeſto Rex ſit, tumultuanti *Tyrannus* dicetur: & *Oligarchiam* vocet alius, quod alter ſua ſorte magis contentus legitimum Optimatium imperium: & *Anarchiam* alius, licet ordinatam populus poteſtatem exerceat, prout quisquis proprio vel alterius affectu movetur: ſed cum vitiorum hæc ſint, non diverſarum ſpecierum ſunt nomina. Solent autem 11. mutandæ reip. eſſe initia, quomodo vir bonus, objecto primum crimine, è ſtatu ſuo deturbari ſolet: ſed quæ initia non mutatio tantum, ſed & reipublicæ perditio ſequitur, dum in partes tracta multitudo, nulla boni publici habita ratione, huic vel alteri adhæret à quo fortunæ ſpes amplior affulget: ſic miſerè dilaceratur imperium, quod habere alterum alterius ambitio vel invidia non patitur. Nulla ſpecies eſt 12. quæ non commoda ſua, & incommoda habeat; ex incommodis ſi repudianda aliqua ſit, nulla retinenda erit: minima autem quæ ex tribus, non una ſententia eſt. Illud interim 13. monendum, Monarchiam ab æqualitate & confuſione in naturæ ſtatu longiſſime abeſſe: Veriſſima autem ſententia eſt, optimam eam dici, per quam edocti experientia ſumus, optime & ſingulis & imperanti eſſe, nulla ſpecierum diſtinctione. Inde pertinax nimium Catonis dictum *, *Mori ſe, quam uni parere, male.* Diſtinguenda autem accurate ipſorum imperantium ab iis quæ ex conſtitutione civitatis ſunt 14. vitia, ne quæ illorum ſint, huic male imputentur; & ab utroque genere, (cum neutrius vitio contingant) quæ accidenter, ut corpori naturali morbi veniunt. De forma, in ipſa in- 15. ſtitu-

* *Add.* §. 22. *n.* 2.

ſtitutione ſi nihil dictum, concluſio neceſſario tacita pro democratia eſt, cum quod a libertate naturali minus deflectat, tum quod introduci alia forma ſine conſenſu expreſſo nequeat, minus ea certis perſonis mandari.

§. XXVI. *Princeps ſolutus legibus.*] Civili-
1. bus *: (niſi ſolas Hebræorum excipias, tanquam quæ iis ab ipſo Deo ſcriptæ a.) Is enim
2. penes quem ex pacto communi majeſtas eſt, cum exiſtere in naturæ ſtatu intelligatur *, ſolutus lege civili eſſe debet, quæ in eo ſtatu nulla eſt.
3. Sed & cum lex omnis ab eadem procedat majeſtate, (unde ſummi imperantis lex dicitur, & ipſe lex animata in terris) ſi legi obligetur, ipſi ſibi obligabitur; natura autem obligationis talis eſt, ut reſpectum ſemper ad alium habere debeat, ita ut diverſa ſemper obligati & obligantis ſit perſona: ſi utraque qualitas poſſit in eadem perſona conſiſtere, jam in poteſtate ejuſdem erit obligatione ſe ſolvendi *, quod in poteſtate ſemper obligantis eſt. unde illud, obligare ſe per modum legis, hoc eſt ſupe-
4. rioris neminem poſſe. Qui populo putet aut civibus obligari, adeoque perſonæ diverſę, is probet ſummum imperantem per legislationem ſubjectis ſuis obligari, quod ipſum contra naturam ſubjectionis & imperii eſt; nam & ei cui obligari princeps dicetur neceſſe eſt ut judicium demus de lege, & hoc ut efficax ſit, executionem etiam legis, quæ conſiſtere coactione & pænâ debet: itaque ſi populo, penes eum ſumma poteſtes erit; ſi ſingulis, ordo ad confuſionem revertetur. At vero ſi legem populus tulit, cui ipſe obligabitur? igitur in ali-
5. quo ſummo ſubſiſtendum. Sed conventionis lege obligari lex naturæ imponit, quæ fidem ſer-

* *Vid. introd.* §. 3. *n.* 8. *ſic Ulp. l.* 31. *d. LL.*

a *Conſer. Deut.* 17. 18. 19. *Ioſ.* 1. 8. §. 93. *n.* 8.

* §. 12. *n.* 2.

* §. 27. *n.* 8. *fin.*

* §. 3. n. 2. ſervare jubet *: leges civiles robur & ſubſtantiam à principe accipiunt, conventiones à naturæ lege: naturæ lex fortior eſt principatu, quare & principum moderari actiones ſupra notatum *: hinc Baldi dictum, *Licet princeps non ligetur lege legis, ligari tamen lege conventionis*. eodemque ſenſu, *Quamvis imperatori Deus ſubjecerit leges, non tamen ſubjeciſſe ei contractus.* Hinc & juſtiſſima ſubjectis adverſus principem quæritur obligatio. Sed cum tota vis obligationis in judicio & executione ſit, judicium autem ſeu executio non ſine coactione, coactio nulla adverſus principem, ſequitur obligationem inefficacem eſſe, qualis in jure eſt ea quam naturalem appellant; non ita ut pacta in naturæ ſtatu, cum quod ex iis deberetur, introductis necdum judiciis conſequi per vim licebat *, ceſſantibus judiciis, incipientibus armis. Quod igitur cum ſubdito judicium, & adverſus principem coactio eſt, ex voluntaria ſubmiſſione, ſed revocabili, venit: quo ſenſu Theod. & Valent. Impp. ad Senatum, *Dignam vocem eſſe majeſtate regnantis, legibus alligatum ſe Principem profiteri* *: adde, *prudentius factum*, ut *obſervantior æqui Sit populus, nec ferre neget, cum viderit ipſum Autorem parere ſibi.* judicium non datur in invitum, obligatio manet, nec ſolutus debito eſt. Sed ut legibus ſe ſolvere, ita pactis licere, cum publicis tum privatis, ſi ſubſiſtere aliter non poſſe putet, nullus dubito *: una potior omnibus eſt naturę legibus quæ de conſervatione ſui innata eſt *, nulla autem quæ adverſari ei poſſit, quia ipſa recta ratio non eſſet: ſic ipſa natura exceptionem tribuit. Legibus & Canones adjungo, qui ſcripti de iis quæ lege divina non de-

Margin notes: * Introd. §. 4. n. 10. 11. — 6. (beside "quæritur obligatio") — * §. 37. fin. — 7. (beside "armis") — * L. 4. C. d. LL. — 8. (beside "net, nec ſolutus") — * Sup. §. 3. n. 22. 23. §. 51. n. 4. — * d. §. 3. n. 2. — 9. (beside "tionem tribuit")

definita, & extra fidei ſunt dogmata', & ordinem ſolum & regimen ſpectent eccleſiæ. leges merè humanæ ſunt *, quæ vim om- * §. 27. n. 6.
nem & virtutem à poteſtate civili habent *: * §. 69. n. 11.
quare canonibus teneri, exemplo aliarum legum, princeps niſi ſe ſubmittens non poteſt *. * §. 66. n. 12.
ſubditos eorundem vinculo ſolvit, quæ diſ- §. 68. n. 13.
penſatio ſpeciali nomine dicitur. Idem de pri- §. 69. n. 10.
10. vilegiis dicendum, quæ implorata revocabilia §. 70. n. 3. 4
ſemper *, cum pręter pręcarii vim nihil ob- * 27. fin. §.
tineant: niſi in vim tranſierint contractus ex 65. n. 15. fin.
quo vinculum naturale habent, deque eo contractu maneſeſtò appareat; vel princeps ultro de ſuo quid conceſſerit, quod pręcarium excludit.

1. §. XXVII. *Aliis legem author eſt.*] Quis legis ferendæ poteſtatem neget ei, qui quod ſummum in rep. eſt totum habet? pars hæc ſupremæ majeſtatis eſt. Quis neget ei qui jus ex
2. ſubjectione in perſonam habet? lex ſummi im-
3. perantis mandatum in ſubjectos eſt. Sed & qui omnium voluntates una ſua voluntate regit *, * §. 17. n. 1. cir. fin.
explicandę ſuę voluntatis jus habeat neceſſe eſt; lex voluntatem explicat: legis igitur ferendæ poteſtatem habere debet, ne muta ea
4. voluntas & ſine effectu ſit. Cæterum cum & omnes lex obliget, non poteſt non penes eum ſolum eſſe qui omnibus imperat; lex obedientiam exigit: igitur ei ſoli condendæ jus eſt, cui ſoli ex ſubmiſſione obedientiam debemus.
5. Sed & cujus officium eſt populo pacem ac ſecuritatem internam procurare, non poteſt non legiſlatio penes eundem eſſe, quippe quæ ad pacem maximè conducat, & ſine qua ſtare
6. reſpublica non poſſit. Idem de Canonibus dicendum ubi vim obligantem iis tribuas, idem enim

enim quod lex ſunt: unde pro jure ſi accipias,
inanis porro diſtinctio inter jus civile & cano-
nicum erit; omnes enim Canones leges ſunt
civiles, quia vim obligantem & coactivam non
* §.68.n.5.6. niſi à civili poteſtate habent *, ipſa in Papali
§. 69. n. 10. ditione, quippe in legibus condendis non pa-
§. 71. n. 3. palis, ſed ſumma, Principalis, Regia ſpecte-
tur poteſtas in propria cujuſque ditione. unde
extendi ad principes alios niſi ultro recipien-
* *L. 45. d. epiſ. & cler. Nov. 131. c. 1. Vid. tamen diſtinct. 10. p. tot.* tes * canones Pontificios ipſa territoriorum diſ-
tinctio, & intra proprium limitata ſingulorum
poteſtas vetat: ultra qui protulerit quaſi ter- 7.
mini moti eos Propheta accuſat *. Uſus non
* *Hoſ.* 5.10. §. 31. n. 4. ſacit legem, ſed authoritas Imperantis pro-
bantis uſum. authoritas ex tolerantia præſumi-
tur, niſi lege expreſſâ data fuerit: unde con-
* *L. 32. d.ll.* ſuetudo, quæ vim legis habeat *. Repeten-
dum autem, quod ubi lex civilis in naturalem
vel divinam incidit, utriuſque vel alterutrius
repetitio nuda vel confirmatio ſit, (quomodo
dictum, probata per legem civilem libertate
* §. 20. *fin.* naturali eam naturalem manere *.) & ipſa lex
naturalis & divina relata & corpus civile, ab
authoritate civili dici quandoque civilis poſ-
* §. 3. n. 8. §. 69. n. 4. ſit *. ſic tamen ut nomen obligationem non 8.
b §. 92. n. 10. variet b. Condendæ poteſtas, & interpre-
* §. 70. n. 2. *L.* 1. 3. 9. 12. *C. d. ll.* tandæ * ſeu declarandæ, mutandæ, derogan-
dæ, & abrogandæ continet: quippe quod
fieri ſine novæ legis latione nequit. Hoc ſenſu
dictum, eam legis humanæ naturam eſſe ut à
voluntate humana pendeat, non in origine
tantum ſed & in duratione ipſa. Quod in con-
* §.67.n.10. ſuetudine, etiam veterata, verum eſt, * Du-
ratio enim a principe pendet, quare nec ipſe
nec populus ſcribere ſibi legem, vel decre-
* §. 26. n.3. tum poteſt, quod perpetuum obliget *: quam-
quam

quam vero populus hoc efficere indirecte vi
prȩſtandi per ſe & ſucceſſores ſingulos jurisju-
9. randi, vel appoſita pœnâ poſſit. In omnibus
promulgatio requiritur *, ut voluntas cunctis * §.67.n.10.
innoteſcere poſſit, quod obligandi vim tribuit
dum ſciant ſinguli ad quid teneantur. Ignoran-
tia autem ex non facta promulgatione excuſat,
quin vel obligavit nunquam *, ut contra ad- * §. 69. n. 5.
mittenti excuſatione non ſit opus: Neque *C.2. d. conſt.*
verò alia ratione leges naturales obligant quam *in. 6. L.ult.d*
quia divinitus patefactæ, id eſt inſcriptæ cor- *decret.ab ord.*
dibus, ut Apoſtolus dixit: Neque conſuetudo, *fac.*
quam ex longo uſu quem princeps ſilentio pro-
bat: utroque caſu actus tacitus pro expreſſo
valet. Promulgata lex & peregrinum obligat,
dum qui in loco aliquo contrahit, ut tempora-
rius ſubditus ejuſdem loci legibus ſubjiciatur.
in pœnis quandoque excuſat, ſi loci conſtitu-
tio ſpecialis ſit, & factum tale quod juri apud
omnes communiter gentes recepto vel naturali
non repugnet. Sed ut nec peregrinos, ita nec
ſubditos tenet extra territorium conſiſtentes,
niſi conſtitutio realis ſit. Promulgatio ejus no-
mine facienda cui legis condendæ jus eſt: ne-
que enim fieri ſub ejus nomine poteſt qui con-
10. dendæ jus ab alio habet. Requirendæ autem in
ordinationibus, ſtatutis, & ſimilibus per Ma-
giſtratus inferiores condendis, à ſuprema po-
teſtate comprobationis neceſſitas hoc funda-
mentum habet, quod contra vel prȩter legem
11. communem nihil poſſunt. Privilegia privant
legem dixit Jaſon, quia prȩter juris commu-
nis diſpoſitionem certis perſonis vel ordinibus
ratione ſpeciali conceduntur, quod ſolius
Principis eſt, cum proximè ad derogationem
accedat; leges enim generales ſunt, & ad
omnes

omnes ex æquo ſpectant: ſi generale ad omnes ſit privilegium abrogatio legis eſt. non eſt privilegium niſi lex fuerit: quod extra legem eſt libertas dicitur. revocari poſſe privilegium
* §. 26 *fin.* ſupra dictum. cum & reſtitui lex abrogata poſſit *.

§. XXVIII. *Jus vel imperium abſolutum.*] 1.
Ius quidem ex conſenſu abſoluto: ſive liber con- 2.
* §. 16. *n.* 1. ſenſus *, ſive coactus ſit. Conſenſu libero, ſi
* *d.* §. 16. *jus omne* in imperantem expreſſe * & abdicative tranſlatum: idem enim quod de cunctis actionibus ſuis diſponendi jus ſingulis in naturę
* §. 17. *n.* 1. *circa fin* ſtatu *, dato eo conſenſu jam de actionibus ſuis
* §. 81. *n.* 1 diſponendi imperanti eſt *, licet etiam actiones ad imperium non ſpectent. Sic in dominico imperio, & æque in inſtitutivo jus plenum & abſolutum ex *conſenſu libero* & *expreſſo* domino fit, 3.
* §. 16. *n.* 2 & monarchæ *. Neque vero impedit hominem privatum, vel ob prętium etiam, in ſervitutem ſe privatam dedere: defenſio in populo libere conſentiente hic pretii vicem explet. Quid quod conſentire conſenſu tali libero & expreſſo in jus plenum & abſolutum volentes ne receptos quidem legimus? nil ſecus atque homo non ſanus qui ad pretium participandum volet libertatem vendere, emptorem non invenerit. jus ex voluntate & conſenſu judicandum. *Coactè jus* plenum & abſolutum fit ſi vis major ſubegit, nec in conditiones convenerit: cum enim conditiones victor noluit, poteſtatem omnem & jus omne voluit: tantam igitur poteſtatem, tantumque jus belli jure acquiſivit, quantum concedere ei populus maxime potuit.
In imperantem igitur *Jus omne* abſolutum ac 4.
plenum tranſit, populo de imperii & ſuperioritatis juribus non tantum non participante, ſed

ſed & nulla penes ipſum juris parte manente.
4. In imperio voluntario, extra dominicum, modo conſenſui nulla limitatio ſit poſita, imperantes non populi miniſtros ſed populo ipſo per omnia *ſuperiores* eſſe, manifeſtiſſimum eſt *. * §. 17. *n.* 1 *med.* repudiatâ diſtinctione inter majeſtatem perſonalem & realem *, * §. 98. *n.* 2. quæ poſterior populo minus recte aſſignatur, dum qui juri ſuo renunciaverit & alterius ſe ſubmiſerit, participare de majeſtate non poſſit. Sed & manent ſuperiores, licet *jus omne* ſub conſenſu expreſſo non venerit: neque enim alia populo poteſtas competere quam ex jure naturæ poteſt, ab eo autem jure cum receſſerit, ipſeque imperans naturæ jus retinuerit *, * *Ibid.* ne concipi quidem ea res aliter poteſt quin imperante populus inferior, imperans eo ſuperior eſſe debeat, univerſos vel ſingulos ſpectes: ſunt enim ſinguli omnes, univerſitas in imperante eſt, populo minus recte adſcripta. At in Democratia, quomodo populum tibi imperante ſuperiorem finges? idem vero jus in Monarchia Regis, in Ariſtocratia
5. optimatium eſt. Sed *jus omne* ſub conſenſu *expreſſè* ſi non venerit, datum *Imperium tantum* intelligimus, (laxior enim *juris*, quam *imperii* eſt ſignificatio) ut firma hæc diſciplina ſit, Conſenſum populi abſolutiſſimum etiam, quo *imperium* vel *jus imperandi* nulla poſita conditione datum ſit, reſpectum non niſi ad imperium *, * §. 17 *n.* 10. ejuſque exercitium, & imperio obedientiam habuiſſe, nec ultra extendi: reliquum quod ad imperium ejuſque exercitium nihil conferret, penes ſingulos, hoc eſt libertatis naturalis manſiſſe: nec diverſum in caſu dubio eſſe, ubi amplius *expreſſe* non apparet. Neque enim aliud, quod benè notes, conſentientes initio volue-

 runt,

runt, quam imperium inſtituere, idque exercendum, ſeque regendos dare, quo inſtituti imperii finem obtinerent: quicquid igitur tranſlatum eſt, tale fuit, quod ad regimen & imperii exercitium pertineret, & ad ordinem, defenſionemque ſufficeret; quorum prius ad ſecuritatem internam, alterum ad externam ſpectat, & totum imperantis officium complectitur, quod ſi explicare poſſit, juris omnino ſatis habet, dum adæquata fini poteſtas ſit: Juris igitur tranſlatio laxior facta in imperantem videri non debet, quam qua officium ſuum explere, & procurare ſubditis imperii finem poſſit, niſi, quod dictum jam, amplius expreſſe appareat, ne factam ſupervacuo & ultra intentionis & propoſiti finis metam dicamus. *Imperium* hoc abſolutum dicitur, non *jus omne* quod ſit extra imperium. Eſt itaque abſolutum imperium ex conſenſu abſoluto, ſi imperio termini ſeu limites, quam officium generale * non ſint poſiti: Qualis ſemper præſumitur, niſi de limitato & conditione appareat: eſt enim imperii natura abſoluta, cujus virtuti abſolutæ ſi quidquam detrahatur, non imperium ſed æqualitas quædam dicenda eſt, ut prævalere merito præſumtio naturæ rei conveniens alterâ ei repugnante debeat, nam & in dubio tenendum quod præſumptione juvatur. Imperantem abſoluti imperii poſſeſſio tuetur, quæ delati abſolutè probatio ſufficiens habenda, ſi de limitato nihil expreſſè appareat *. Hinc definiendum, quod controverſum ſepius de imperio inſtitutivo inter juris publici magiſtros eſt, utrum tranſtuliſſe in imperantem populus quicquid potuit dum nihil exceptum ſit, utrum quod voluit dicendus ſit? tranſtulit nempe

6. (margin, beside "Eſt itaque abſolutum imperium")

7. (margin, beside "Hinc definiendum")

* §. 14. n. 3. §. 94. n. 2.

* §. 17. n. 9.

nempe quod potuit dum tranſtulit omne quod
ad imperium pertineret. tranſtulit quod voluit
dum ad imperii actum tacitè limitavit, ſi ultra
8. expreſſe nihil dictum ſit: Sed quod ipſum præ-
ter imperii jura datum, quale deſignandi ſuc-
ceſſoris, alienandi, & quod ſimile, non ad
ipſum imperium, ſed ad ejus habendi modum
ſeu ad *jus* pertinet: eſt enim nova qualitas im-
peranti non ex natura imperii, ſed novo con-
ſenſu accedens, ab imperio ejuſque exercitio
plane diſtincta *. ſic ad imperantem non per- * §. 82. *n.* 3.
tinet jus extra imperium de quo *expreſſe* conſen- §. 9498. 100.
9. ſum non eſt. Sub imperii autem jure jus tacitè
ad media venit, de quibus deinceps ſub juri-
10. bus Majeſtatis videbimus. De jure Domini in-
fra particularius dicetur *: illud interim no- * §. 29. *n.* 6.
tetur, imperium non plenum tantum, ſed & §. 30. *n.* 9. & §. 37.
proprium & patrimoniale habere, cum libe-
ræ diſpoſitionis jure, *, & ſua cauſa compara- * §. 98. & 100.
tum (a). Servorum & civium differentiam ſu- a §. 14. *n.* 3.
11. pra vidimus * Imperii ſummi & abſoluti & * §. 16. *n.* 6.
pleni diſcrimen ex alibi dictis collige (b). b §. 18. *n.* 4.
1. §. XXIX. *In perſonas.*] Duplici jure: tum na- §. 94. *n.* 7.
turali cui nullo pacto renunciavit is cui ſumma §. 95.
poteſtas delata eſt; tum vero cæterorum ejuſ-
dem juris renunciatione & ſubmiſſione, pacto
inter ſe mutuo, accedente Principis accepta-
2. tione, quod ſummam facit imperii *. Tolle * *Plenius hæc*
jus in perſonam, ſimul imperii animam om- §. 17. *n.* 1.
nemque effectum ſuſtuleris, nihilque præter
vanum imperii nomen ſupererit: nihil reale.
3. Quo referri vitæ jus, & necis ſolet: videndum
autem quatenus hoc jus competat. Sane judi-
cio licere nemo dubitat, pertinet enim ad ju-
ris dicendi facultatem *. Nec ſecus extra ju-
dicium concedendum, quippe Princeps ju- * §. 37.

dex per ſe ſemper ſupremus eſt, maximè ſi reip. ratio judicio publico fieri, quod multis cauſis contingere poteſt, non patiatur. (ut nec interſit bene vel male judicaverit, quod non ad juris, ſed judicii recti quæſtionem pertinet*, modo propoſitum malum abſit) Nam & 4.
patribus familias in filios ante inſtituta imperia jus hoc competiiſſe, cum ipſa ejus temporis imperii natura, tum exempla manifeſtant: & poſt imperia continuatum Romanorum aliarumque gentium leges evolventi apertum fiet.
Dum ita in exercendo eo jure (ut reliquis omnibus) ſe moderetur Princeps, ut, quam cautionem in naturæ ſtatu quo-ad ſingulos adhibuimus, intra rectam rationem ſubſiſtat, quæ furibundi vel iraſcentis Principis, cujus turbatum vel paſſionibus corruptum eſt judicium, 6.
eſſe manifeſto non poteſt. Ita de poteſtate herili pronunciamus *. quamquam enim eatenus ea cæteris laxior ſit poteſtas, ut vendere, donare, & alia poſſit, quatenus ipſas perſonas ſervos in dominio habet, ut tamen occidere dominus pro libitu *, & ex voluptate ſua, vel petulanti quadam laſcivia, nulla quidem ratione ſervum morigerum, nullius culpæ reum poſſit, licet dare hoc jus dominium videatur *, vix eſt ut ſub generali omnis juris ſubmiſſione vel ſpecialiter in vitam tranſlatione venire poſſit; quippe quod jus ex libitu ipſe ſervus ſe ſubmittens in ſe non habet, nec ipſa ſervitus concedit, nec ſub imperii delatione venit: adde & in deſpotico rectam prohibere rationem effuſionem ſanguinis humani *, niſi juſtiſſima cauſa ſubſit, quam juſtitia interna poſtulat. licet enim ſervus ſit, homo eſt, participans de jure ex naturali lege. Facto tamen ſi occiderit, 7.
fac-

* §. 5. n. 2.

* §. 19.

* §. 94. n. 15.

* *Introd.* §. 3 n. 13.

* §. 3. n. 7. *ſeqq.*

factum apud homines impune eſt *, qua à ſum- * *d. n. 13. ſeq.*
ma Majeſtate admiſſum, ſive per vim ſive con-
ſenſum Majeſtas ſit: Qualem impunitatem jus
etiam gentium admittit, unde & ſæpius ſub
juris nomine occurrit *. Et quorundam popu- *Introd*, § 3
lorum civiles leges dominis privatis, & fami-
liarum patribus in liberos conceſſere, quod
domeſticæ diſciplinæ rigorem magnum reip.
adjumentum putarent. Sed diſtinctius, ut dic-
tum, ea jura ad juris externi ſpeciem referes.
Qui temere exercuerint, civitas vel privatus
ſit, Deum ſciant habere vindicem, qui facti
temeritatem judicio penſabit: uterque lege
naturali tenetur, cui adeo adverſaria tanta in-
ſolentia eſt, ut nemo vel ignorantiam vel rec-
tam in eo facto poſſit rationem obtendere. Bello
8. captos belli jure occidere licet * ut hoſtes,
(nam & ipſis adverſarios licet, dum manet * §. 48. *n.* 5.
hoſtilitas, niſi corporali relicta libertate ſuæ
fidei commiſſi proponantur *.) & ad conſer- * §. 97. *n.* 8. *fin.*
vationem ſui, non ob pœnam, dum in jure na-
turali verſarentur. Eadem ratione & ſine con-
9. ditione deditos *, ſi nocere poſſint; nec ulte- * §. 48. *n.* 5.
rius quam dum poſitis armis ceſſante omni ho- §. 97. *n.* 3.
ſtilitate exactum ab ipſis, & præſtitum victori
fidelitatis juramentum, quo remiſſa omnis of-
fenſa intelligitur: niſi eos excipias qui facti
aliis authores, vel enormium in victorem con-
tumeliarum rei, quibus nec abolitio genera-
lis, vel amneſtia favet. extra hos non ut ho-
ſtes, ſed ut cives habendi. Atque prædicta hęc
10. jura ſi in dominico, in *civili* igitur imperio ci-
vem quemque bonum, innocentem, obvium
forte, ex ſola libidine imperanti confodere li-
cere minimè concedendum eſt *, neque enim * *Add. n.* 6.
ſinguli ei proprietatem corporum, velut bruta *ſupr.* §. 94. *n.* 15.

 eſſent

eſſent animantia vel res inanimatæ, tradidere,
* §. *Hic n.* 6. ſed imperio & ratione regendos. adde ad impe-
§. 28. *n.* 5. rii exercitium nihil hoc pertinere *, quod
proximè conſideravimus. Adde & inſtituti im-
perii finem intentum conſentientium in impe-
rium fuiſſe, ſalvum, tutum ab aliorum eſſe in-
juriis: Principes pacto quaſi tacito ad præſtan-
dam populi, ſingulorum ſalutem, defenſionem
teneri. Eſt autem & factum ejus apud homi-
nes impune, & jus eidem, quod domino da-
tum, bello captos occidere, & ſine condi-
tione deditos, fit enim ex inſtitutivo dominus.
At ipſos cives ad bellum cogere, & obſides 11.
dare quin poſſit, nihil dubito *: Ita autem dare, 12.
* §. 53. *n.* 3. ut pactis ni ſtetur jus hoſti ſit civem innocen-
tem necare, non concedo: quippe cum ipſi
Principi non liceat, nec alii hoc jus poteſt ce-
dere. At deſeri, imo tradi civem innocentem 13.
arbitrio hoſtium quo apparens declinetur civi-
tatis excidium, ſunt qui intrepidè affirmant.
prima quidem ac potiſſima naturalis lex de con-
ſervatione ſui eſt, quæ cæteras omnes omneſ-
* §. 3. *n.* 3. que rationes vincit *, & jus indefinitum dat
22. 23. ad media *: neceſſitas nempe ejuſmodi omnis
* §. 6. 7. *n.* 3. pacti omniſque obligationis facit virtutem
§. 81. *n.* 2. quieſcere, quare civitati hoc jus in civem ad
civitatis conſervationem videatur conceden-
dum. Sed eadem lex naturalis ut principi, ita
ſingulis ſcripta eſt: nec vero alia conveniendi
ſub imperio ratio fuit quam ſub eo ſecuritatem
* §. 13. 14. & ſalutem quærere *, quare jure præciſo pri-
vari eo commodo contra primævam inſtituti
imperii rationem, & tacitam principis obli-
* §. 14. *n.* 3. gationem *, tradique hoſti omnino non poſſe
videtur. Igitur ad præſumptionem recurren-
dum, ſingulos in prima imperii inſtitutione
ei

ei civitatis juri, ſi rogati de eo fuiſſent, minimè fuiſſe adverſaturos, quippe pati hoc malum ſingulos quam interire civitatem maluiſſe nihil à veroſimili abit: maximè cum cujus ea futura ſors eſſet prævidere nulli potuere, ſalvos ſe non eſſe cum interitu civitatis, omnes. deſerto autem civi jus ſe defendendi naturale * §. 14. n. 3.
14. redit *. Culpæ vel contumeliæ inſignis rei in §. 99. n. 13.
aliam civitatem ſi petantur, cauſa cognita ut dedi poſſint & jus & exempla manifeſta pro-
15. bant *. Sed & ex facto, vel non facto civita- * §. 83. n. 3.
tis ſubditorum obligari perſonas affirmandum cenſeo; naturali quidem ratione, cum perſonę & voluntas ſubditorum in perſona & voluntate ſint civitatis, & ipſi velle quod velit civitas intelliguntur *. Adde & qui perſonam civitatis * §. 17. n. 1. §. 86. n. 2.
obligatam habet, jus etiam habere ad omnia jura civitatis, inter quæ maximum jus eſt imperii, quare quod ſubtrahere ei, quam poteſt maxime licet, unde prehendere, & detinere civitati
16. ſubditos. Servitutem in perſonas devictas jus
17. naturale probat, cum & occidere liceat: neutrum poſtquam moratioribus placuit, libertas ante naturalis, ex jure gentium redit, ſoluto redemptionis præmio, vel alia poſita conditione, limitato naturali ſervitutis jure. Sed manente interea retentionis jure quaſi in pignus, uſque dum conditio fiat.

1. §. XXX. *Bona.*] Juri in perſonam conſe-
2. quens eſt hoc quod in bona dicitur: Cui adde voluntatis ſubmiſſionem, neque enim bona
3. quæ quis in naturæ ſtatu * poſſidebat excepiſſe * *Vid.* §. 3. n. 11. *ſeqq.*
dicendus eſt, quatenus nempe ad habendum imperium neceſſarium, qui perſonam ſubjecit: habet quidem quiſquis de propriis bonis diſponendi facultatem, ut circa ea velle quod-

libet poſſit,(dummodo ne ita utatur,quod rectæ rationi repugnet) ſed cum effectum omnis ſuæ voluntatis alterius voluntati ſubjecerit *,ſequitur velle efficaciter non poſſe quod nolit is cui per omnia ſe ſubjecit, nec nolle quod ipſe idem voluerit, inde nolendi ſimul & volendi jus de bonis noſtris penes eundem eſſe. Sed verò minimè imperio ac principis diſpoſitione res ſuas excepiſſe intelligendi cives ſunt, ſi periculum ſit ſalvam remp. ſine earum uſu vel ablatione eſſe poſſe: Quin vero intelligendi excipere non potuiſſe quæ neceſſario ad defenſionem pertinerent, dum & ipſi ad reip. conſervationem, cujus ſunt membra, teneantur *. contradictoria ſunt, civem velle eſſe, civitatem non ſalvam eſſe. *Dominium eminens* hoc jus appellatum, (alii imperium ſimpliciter malunt) ſub quo jus rebus ſubditorum cum bello, tum pace & pacis cauſa utendi, alienandi intelligo: imminente bello ſegetes comburendi, agrum circumjacentem devaſtandi, ædificia, ſuburbia diruendi, rura mænibus foſſiſque adaptandi: exigendæ pecuniæ jus ſub tributi vel alio nomine, ab omnibus vel ſingulis: hinc magis ut mutuas ſubditi civitati pecunias tradant: ne jus ſit debitum principale exigendi, ſolutionem vel terminos prorogandi, ipſo licet debitore invito: legem ſumptibus & rerum uſui ponendi, & quæ enumerari plura poſſint *. Quod autem de *rebus* dictum, idem de *jure* ſubditorum dictum eſto. In privatorum utilitatem exercetur hoc dominium dum cogi ſinguli in magna frumenti penuria poſſint, quod penes ipſos eſt in uſum communem conferre: Ad principis ſecuritatem, quod ex ſubjectorum opibus partem tollere quorum nimias ſuſpectas habet,

Marginal notes: * §.17 n. 1. in fin. — 4. — * §. 52. n. 3. — 5. — * §. 35. n. 2. 3.

habet, privatum excedentes modum, quæ potentiam parere & contemptum principi (dum ad
6. eum proximè accedant) & Majeſtati periculum poſſint. Sed ut nec corporum, ita nec rerum ſuarum dominia abdicativè * conſenſu ſuo ſubjectos in prima imperii inſtitutione in Principem tranſtuliſſe, ex præcedentibus manifeſtum eſt: Illud tranſtulerunt quod ad imperii exercitium pertineret *, quo minimè neceſſaria dominiorum poſſeſſionumve tunc temporis
7. abdicative tranſlatio, ſi dominium manet eminens, & uſus ubi neceſſum erit. Igitur qui non ſpoliandas ſingulorum res Principi, ſed ad neceſſitatem & utilitatem publicam utendas tradunt, compenſatione in tempore, ſi fieri commode poſſit, facienda, ex æquo arbitrantur: ſed dum cogitent ejus rei ſolius Principis eſſe
8. arbitrium, de actionibus ſuis coram Deo reſponſuri. Quid autem ſi ſubjecti alterius regno domus demolienda vel totus ager effodiendus ſit, quo caſu utraque & ſubjectionis & utilitatis publicæ, reſpectu non ſubjecti, ceſſat ratio? dicendum ſubjectionem hic rerum ſpectari, proindeque dominium eminens rerum eſſe: ſin ut terra, fundus conſideretur, ad jus ſupre-
9. mum territoriale referendum. In herili imperio quibus locis adhuc ſervitus obtinet, ubi omnia utilitati domini ſerviunt, jus laxius eſt *, neque enim is tantum imperii jus tenet, ſed & ipſas poſſeſſiones privatorum *, & univerſitatis corporales & incorporales in dominio & proprio patrimonio habet, dum conſenſu expreſſo teneat *, vel belli jure qui jus omne invitis per vim extorſit: ut vel ſibi tenere *, vel precario relinquere, vel partem concedere ſubjectis proprietatum, vel fructuum * pro reli-

* *Confer.* §. 61. *n.* 1.

* §. 28. *n.* 5

* §. 19. *n.* 2

* §. 97. *n.* 2. §. 61. *n.* 1.

* *d.* §. 97. *n.* 2.

* §. 28.

* *Gen.* 47. *n.* 24.

reliqua colenda, prout vel ſeverus vel benig-
nus fuerit. In poſſeſſiones per univerſitatem oc-
cupatas (ut quæ gens ſedibus ſuis pulſa novas ſi- 10.
bi quæſiverit) dominium etiam puto imperanti
acquiri liberæ diſpoſitionis, non populo, qui
perſonam ſub imperante acquirendi ſibi vacua
non habet. Refer huc quæ de præſcriptione in-
* §. 35. fin. fra dicentur *. Adde pro civitatis debito ſub- 11.
ditorum bona obligari naturali ratione, ex ali-
* §. 29. n. 15. bi dictis *. unde jus retinendi bona: repreſ-
ſalias vulgo, Galli Literas Marcæ appellant.

§. XXXI. *Territorium.*] Et hoc conſequens 1.
eſt juri quod in perſonam competit, quippe
perſonæ ſine territorio, hoc eſt loco aliquo exiſ-
tere non poſſint: ejus autem cujuſque locum
eſſe quem quiſquis occupavit, Cicero dixit.
Per ſe autem hoc jus ex ſubjectione competit
juris ad imperium pertinentis, quod & territo-
rii complectitur. Effectus eſt, ut qui in territorio
ſit, territorii principi & juri territoriali ſubji- 2.
* §. 37. n. 5. ciatur *: quod unicum Oſtraciſmi apud Athe-
§. 47. n. 2. nienſes poſſit eſſe fundamentum. adde ſuſpe-
a §. 66. n. 5. ctam potentiam (a) & rationem de conſerva-
§. 30. n. 5.
* §. 37. n. 6. tione ſui *. quod iniquum in eo videtur utili-
tate publica rependitur. Eodem jure liber fit,
qui territorium ingreditur a quo ſervitus exu-
lat: ſervus ubi ſubjecti ſervi omnes. Pertinent
& ad jus territoriale prohibendi acceſſus *, &
* §. 3. n. 15. tranſitus liberi, non innoxii, & ſalvi condu-
ctus, & de recipiendis vel non recipiendis
a §. 51. n. 6.
* §. 41. fin. exteris, legatis, (a) & præcedentiæ *, &
& §. 47. alia jura. Et ex territorii jure venit, quod vias
nunc publicas, regias dicimus. Referri & jus 3.
poteſt ad ea quæ ſub terris latent, ut ſunt, auri,
* Adde §. 36 argenti, & aliorum metallorum fodinæ *. Jus 4.
n. 7. autem extra territorium non extenditur, dum

terri-

territorio, ut ſervitus rei ſervienti, inſit, quæ
5. concipi extra rem ſervientem non poteſt: quare in jure exercendo abſtinendum ab alterius
territorio *. Adverſus exteros Princeps ex * *Deutr.* 15.
propria occupatione territorium tenet, ſecun- 14. *Hoſ.* 5. 10.
dum ea quæ ſupra dicta *. §. 27. *n.* 6.

§. XXXII. *Cauſas.*] Cauſas adjeci, quia * §. 3. *n.* 18.
rationem quandoque à perſona diſtinctam ha- 19. *ſeqq.*
bent. nulla autem cauſa eſt quæ non ſummæ
poteſtati ſubjiciatur *. * §. 37. *n.* 3.

§. XXXIII. *Actiones habet.*]. *Profanas* intel- *fin.*
1. lige, vel etiam *ſacras*, ut locus hic generalis
ſit, (particulariter de his infra dicetur *) ſed * §. 63.
eaſdem *EXTERNAS*, & naturæ lege vel
divina *NON DEFINITAS.* Sub actioni-
bus & verba complector *, quæ & ipſa exter- * *n.* 3. *eod.* §.
2. na ſunt. *Internæ* cum inviſibiles ſint, ſunt enim 83. *fin.*
in anima quæ ſpiritus eſt, in notitiam non
cadunt humanam, quare nec imperio ſubſunt
humano, quod ad ignorata extendi natura ve-
tat *: inde incongruum naturæ humanæ ha- * *Add.* §.
beri, ex actibus merè internis jus aliquod aut 63. *n.* 5.
obligationem inter homines naſci: hinc, *Men-
tem ſui juris eſſe: voluntates liberas: propoſitum
in mente retentum nihil operari.* Quod ita exten-
di placuit, licet ad notitiam deinceps impe-
3. rantis pervenerint. Fallit autem quando actus
internus cum externo conjunctus ſit: quod fit,
interno in effectum aliquem deducto, quo caſu
& animi malitia in exaſperanda pœna ponde-
ratur. Deliberationem cum ſociis ad actum ex-
4. ternum refero, quia ad perſonam ſecundam
tranſit: adde deliberationis actum proximè ad
actum ipſum illicitum accedere; nec delicta
deeſſe quorum ſi actus alius externus ſequens
deliberationem ſpectetur, remedium quando-
que

que ſerum adhibeatur, maximo cum reip. deterimento, quorum ex pluribus ſi ſpeciem velis, ſume perduellionis crimen. *Qui deliberant, deſciverunt*, apud Tacitum legitiur. gra-
Hiſt. 2. vior autem actus externi pœna eſt, quo ulterius proceſſit. Altero ſenſu illicita rei prohibitæ, factive illiciti præſumptio, propoſitum, intentio dicitur, ſi conſcientiæ obligationem ſpectes, dum præſumere illicita vel facienda proponere, intendere, ſalva conſcientia nemo poſſit qui illicita eſſe novit: manifeſtiſſimus autem hujuſmodi propoſitum legiſlatoris contemptus eſt, qui ipſe peccatum dicendus. hinc, *De illicitis nullam debere eſſe conſultationem*: conſultatio enim conſcientiam violat, quæ violata Deum vindicem habet, (æque enim cum interna ut externa videt, & hæc & illa imputare poteſt) libera tamen ab humano ſupplicio, quia ſubjici alii nihil magis atque mens vel cogitatio poteſt. unde *ſubjectionem* Apoſtolus *propter conſcientiam*, non propter pœnam
* Rom. 13. 5. appellat *. Impropria illa ſubjectio eſt qua mens non ſui juris dicitur, quia ab altero deci-
pi poteſt. Actiones externæ, ſacræ ſeu pro- 5.
fanæ, quæ naturæ lege vel divina *definitæ*
* §. 92. n. 9. ſunt, eo ipſo humano ſubducuntur imperio * quod definitæ jam, ſed à Deo ſint, qui ſuperior humano eſt imperio, unde nec mutationem ex humana recipiunt potentia, quæ infirmior divina eſt: qua ratione quod dictum de ſingulis in naturæ ſtatu, ut quæ actiones contra definitionem legis divinæ ſint, extra jus ſint
* Introd. §. 4. n. 12. agentis *, rectiſſimè ad jus imperii applice-
tur *. *Modus* autem, ſeu circumſtantia aliqua 6.
* §. 92. n. 9. 10. §. 95. n. 6. definiti actus diſtinguenda ab ipſo actu eſt, ſed quæ & ipſa humano eximitur imperio, ſi lege

di-

divina definita ſit. Definiti autem probatio tan-
quam juris novi & limitativi libertatis natura-
lis (quæ ſemper penes imperantem intelligi-
tur) per legem poſitivam poſteriorem intro-
7. ducti, ad affirmantem pertinet. Libera proin-
de manente de non definitis ſupremæ poteſta-
tis definitione, ſacra ſive profana ſpectes,
quippe quæ libertatis manſerunt naturalis, ad
quam ipſam refrænandam introductæ leges ci-
viles & imperium ſunt *. * Confer.
§. XXXIV. *In ipſis quoque actionibus quid* §. 92, n. 9,
bonum quid malum, juſtum quid injuſtum, æ-
1. *quum iniquum, ſententia ſua determinat.*] In
civili ſtatu: non ut tollere malitiam actionis, ut
dicunt, *internam*, quæ inſit ei ante ſtatum civi-
lem, vel quæ mala ſit coram Deo, vel in na-
tura rationali, hoc eſt per leges ipſas natura-
les, efficere poſſit ut ea mala non ſit, quippe
quod in poteſtate nullius eſt hominis. Apertius
dicam: Actio conſiderata extra, moralitatem
ſeu reſpectum ad legem naturalem, moralitas
enim reſpectum ſemper habet ad normam, le-
gem, obligationem naturalem, & quod bo-
num, quod malum eſt ſecundum eandem le-
gem (unde eadem moralitas & lex naturalis)
phyſica & indifferens eſt: Sin conſideratâ mo-
ralitate, ratio primum vocanda in judicium,
quæ & lex naturalis, innata, cordibus inſcrip-
ta, itaque internâ: hoc ſenſu admitto mali-
tiam & bonitatem actionis dici *internam*, quam-
vis improprie: at eo ſenſu dici, ut *natura ſua*
mala ſit, nulla conſiderata moralitate vel reſ-
pectu habito ad legem (primo quidem natura-
lem, quia antiquiſſima, naturæ humanæ cog-
nata *) hactenus non video, niſi tempus fingas * §. 1 tot.
ante naturam humanam, quæ niſi æternitas eſſe
non

non poteſt, ſoli Deo attributa. quare *ratione naturali hominis* in naturæ ſtatu *, non *ſua natura* actio mala dicenda. Rationis autem naturalis ſub imperio interpres cum ſumma poteſtas ſit *, (ut una ac certa ſit regula, quæ ex diverſitate judiciorum privatorum non potuit non varia, & incerta eſſe, ex quo incertitudo, & diſcordiarum & confuſionis & belli quandoque materies) ipſa de malitia actionis *interna* ſua ſententia judicat, ſic ut publicè, & in ſtatu politico pro malo actio non habeatur *, & extra vindicationem civilem ſit, etiam ut externa ei obedientia debeatur, quamvis ipſius Dei, & privatorum judicio poſſit mala eſſe *, ſed eo caſu non facienda, ut infra dicetur *.

§. 4. 5.

* §. 70.

* *Omnino.* §. 39. *n.* 7.

* §. 5. *n.* 3. §. 7.

* §. 93. *n.*6.

2. Confirmat ſententiam noſtram alia deducta ex poteſtate legis ferendæ conſequentia: leges de eo quod juſtum quid injuſtum, quod bonum quid malum feruntur, propria hæc legum materia eſt circa quam occupantur: eſt autem juſtum quod jure fit. jure autem fieri in civili ſtatu dicitur quod ſecundum legem civilem fit: non jure vel injuſtum quod contra eandem fit legem. atqui lex ſubſtantiam à ſumma poteſtate habet, ipſa igitur ſumma poteſtas quid juſtum quid injuſtum, quid bonum quid malum, per legis verba arbitratur. Sed & legis latæ finis obedientia eſt imperio, quæ haberi non poterit, ſi de bono & malo, quid liceat in republica quid minus, penes privatos manet judicium *.

3. Eo ſenſu boni & mali, juſti injuſti, æqui iniqui regulæ, ſubditorum reſpectu, dici *civiles* poſſunt, ſic ut alibi dictum *, & ipſa actionis moralitas ex lege poſitiva. Ita quod privati ante juris erat (dictum enim ſupra *, in naturæ ſtatu rectâne ratione in judicando bono

* *Add.* §.87 *n.* 2.

* *Introd.* §. 3 *n* 8

* §. 4. 5. *n.* 1. 2.

bono vel malo, juſto injuſto, an vero minus quis uteretur, contra legem peccet naturalem vel non peccet, proprio cujuſque agentis judiciô æſtimari, facere quemque quod rectum ſibi videretur) ipſa eadem conceſſione voluntatum omnium in unam, publicæ ſimul poteſtatis factum eſt & judicii. De actionibus præceptis mere civilibus nulli unquam dubitatio fuit. Vidit hoc jus ſuum Salomo *, dum intelligentiam ſibi à Deo precatur, qua diſcernere in judicando quod bonum, quid malum poſſit, * 1 Reg. 3. 9. §. 70. n. 4

4. Moniti iterum ne de eo ſummæ poteſtatis ſententia contra legem divinam vel naturalem ſit *, vel à diſſentiente obedientia interna exigatur *. ipſæ leges naturales & divinæ principi regulæ & norma ſunt judicandi: internæ imperio non ſubjacent *. * §. 92. * §. 93. n. 12 * §. 33.

5. De *actione* notandum bonam eandem, & neceſſariam, & juſtam, & æquam diverſo reſpectu dici. *bonam* reſpectu congruentiæ cum lege: *neceſſariam* reſpectu debiti, dum ex juſſu ſuperioris, ſeu lege naturali vel poſitiva ita fieri, aliter non debeat, quod neceſſitatem imponit: *juſtam*, cum quod legi congrua ſit, lædi per eam nemo dici poſſit, juſtitia ad perſonam refertur: *æquam*, quo ſenſu alibi dictum *. * Introd. §. 3. n. 12

§. XXXV. *Proprietates lege publica diſcernit.*] Proprietas quidem ante imperia fuit: Sed quod jus ita limitavimus, ut res occupatæ jam occupari iterum ab alio non conſentiente vel egente poſſint *. atque eatenus jus naturæ manſit. Cæterum cum de conſenſu dato, vel negato, & neceſſitate propria minus rectè & ex animi paſſione poſſint ſinguli judicare, vel proprietas incerta, vel nihil proprium fuit. princeps igitur jure conceſſæ poteſtatis ſuæ, * §. 3 n 19 & ſeqq

la-

latis de dominio, de conſenſu, de neceſſitate legibus ita quemque in ſuis poſſeſſionibus tuetur, & ab aliorum injuſta defendit occupatione, ut ſecluſo omni alio habere liceat: quod eſt verè, & cum effectu publico proprium eſſe. hoc ſenſu proprietates quaſque princeps ab alterius diſtinguit. Sed & quatenus rebus liceat 2.
communiter uti ab ejuſdem permiſſione pen-
* §35. 36 det, & jure quod in res habet *: poteſt enim vel minima quædam non curare, quædam in medio relinquere, quædam auferenda egenti concedere, quædam alienatione per conſenſum 3.
eximere, quæ poſitæ proprietati limitationes ſunt Atque eatenus de furto lex civilis eſt, dum ea definit quid ſit furtum, quæ ſit res aliena, quid contrectare rem alienam. Neque tamen per legem civilem jus naturæ mutatur quod pacem ſuadet ſeu jubet mavis, furta prohibet: juri autem materia ſubtrahitur, cum actio jam non ſit furtum ubi res non aliena, manente legi naturali ſua virtute & applicatione ubi eſt furtum, ita ut interpoſita definitione qui contra admiſerit, etiam adverſus naturalem & divinam peccat eam, quæ alienum invadere, furari prohibet. Idem in ſimilibus. Idem in contractibus, in pactis ſervandis, quis conſenſus legitimus, quis ſufficiens, quod pactum obligans. Neque contra legem peccat naturalem qui pacta, contractus lege civili prohibitos non ſervet, vel qui teneri ex iis ſe, vel obligatum eſſe neget. Lex naturalis quidem pacta ſervari dictat, eaque cum ſignis, tum verbis introduci, ſed voluntatem animi ſignificantibus, ſufficientibus, non levibus, temerariis, inconſideratis; at quæ qualia reputanda ſigna, vel verba ſint, non determinat: Princeps igitur judi-

judicium ſuum interponit, quæ verba, quæ ſigna ſufficientia, eodem judicio ſuo definit, rem incertam prius certam facit. Inde ſcrupuloſa apud Romanos ſtipulationum ſolennitas. Lex naturalis non mutatur; explicatur. Quod dubium in ea, vel obſcurius dictum, clarius, apertius dicitur. Quid ſi minorum ætate in contractibus levitatem quis ultra tempus nunc definitum præſumat? dicendum eſt principis ejus rei ſummum eſſe arbitrium. Inde juſta Senatus Conſulti Velleiani diſpoſitio, & authenticæ, *ſi qua mulier* crediti inſtrumento proprio viro ſubſcripſerit, & quæ plura in legibus civilibus Romanis reperias. Peccat tamen qui lege per dolum abutitur. Idem quod de contractibus, de juramentis etiam, & abſolutione ab iis dicendum, ex imperii jure, & dominii eminentis, cum in perſonam jurantem, vel cui juratum ſit, tum in rem ipſam, vel actum juramento promiſſum. Sic & contra naturalem non peccat, qui ex nudo pacto dominium tranſiiſſe neget. Inde interpoſito pacto, quamvis dominia naturaliter tranſeant, fit nonnunquam ut civiliter is effectus non niſi per traditionem habeatur. Sed & quæ ſit traditio legitima princeps lege lata definit. Idem de poſſeſſione: Unde & juſta proprietatum per præſcriptionem alienatio, etiam ex mala fide, quod ad juris externi magis quam interni ſpeciem referunt *: reſpectu occupatoris puta, eſt enim * §. 29. *n.* 7.
conditio magis proprietati ab imperante poſita, quam ponere in jure eſt ejuſdem imperantis; ita peccat adverſus legem naturalem qui in mala ſit fide, rem poſſidens alienam hoc agat ut acquirat, quamvis tutus civiliter longiſſimi temporis poſſeſſione, quæ exceptionem parit

L præ-

præſcriptionis adverſus veterem dominum: ſin fraus omnis abſit, naturaliter derelictio præſumitur, neqne rei alienæ conſcientia dominii acquiſitionem impedit. Igitur cum quid meum, quid tuum eſſet, non ſufficientur nec efficaciter lex naturalis definierit, & conſtitutum de eo Chriſtus ſe judicem neget, definitio ejus ex lege civili petenda fuit. Ad hanc autem in contractibus, & alienationibus reſpectum habuiſſe in dubio ſemper contrahentes præſumuntur, niſi extra territorium conſiſterent.

§. XXXVI. *Et ipſa dominia propria habet.*] Primo patrimonialia, quæ non jure regni poſſidet ſed aliunde quæſivit: item regna donatione vel teſtamento non ſolum, ſed & armis quæſita, quæ & ipſa patrimonialia, quatenus infra dicetur*. Jure regni loca in territorio inculta, vacua, *res non poſſeſſæ*, & quæ nullius, eſſent: etenim cum occupandi juri quod ante imperia ſingulis eſſet*, quivis inito pacto in gratiam unius principis renunciaverit, & ipſe quia non renuntiavit jus naturæ retinuerit*, ſequitur, cum occupare nemine adverſante potuit, occupabilia omnia quæ non occupata, non poſſeſſa nec ab ſingulis nec communiter ab omnibus, vacua, inculta, nullius, univerſa occupaſſe: Quæ publica id eſt populi, non omnis, hoc eſt gentium, (eo enim ſenſu *publici* vox minus propria accipitur) ſed alicujus hoc eſt propria imperantis dicuntur. Quod ad *res communiter poſſeſſas* non eadem videtur ratio eſſe: puto enim ſtatim hic cum imperio in ſingulis non tantum occupandi jus ceſſaſſe ſecundum ea quæ ſupra diximus*, ſed in imperante pariter: res autem communiter poſſeſſas ejuſdem

1. 2. 3. 4.

* §. 98. *n.* 1, 2.

* *Secund.* §. 3 *n.* 19, 20.

* §. 17.

* §. 3. *n.* 19

ejuſdem juris ac conditionis manſiſſe cum iis quæ a ſingulis privatis jure proprio poſſiderentur, communes nempe, ut aliæ ſingulorum: talis enim communio eſt reſpectu communium, qualis proprietas reſpectu poſſeſſionum ſingularum eſt, eoque ſenſu ipſa communio proprietas quædam: Quare ut inſtituto imperio nec hi jus proprietatis *, ita nec omnes jus communionis abdicative in principem tranſtulere; ſic autem tranſtulere, ut rei particularis jus & proprietas particularis penes ſingulos, communiter poſſeſſarum jus commune penes omnes, hoc eſt multitudinem eſſet, in ipſas manente communes ut in particulares, imperii & dominii eminentis jure *, cujus ea in utriuſque ſpeciei ſit efficacia, (quatenus ad imperium, & uſum, & utilitatem Reipublicæ expedire ipſi videretur) ut uſum etiam earum rerum naturaliter competentem tollere poſſit, ipſis rebus, ſublato uſu, quaſi ad pu- ad blicarum conditionem redactis. Si rerum ſeu poſſeſſionum uſusfructus a populo initio regi rem familiarem aſſignetur, conditio hæc erit juri ſuo poſita, vel facultas, quæ ex natura imperii in res competebat, non plene data, ſeu

5\. aliter conceſſa. Montium igitur, & ſylvarum & rerum omnium a privatis ſingulis non poſſeſſarum, vel non diſtributarum uſus naturaliter ex jure communi cuivis è populo patebat, ut feras capere ex iis *, & ligna & glandes colligere liceret: At poſtquam Principi jus in res datum ſtatui libertati naturali lex potuit, quâ vel tollere eam, vel limitare potuit.

6\. Flumina quatenus diſtributa privatis non eſſent, communia omnibus manſere: Piſcatio ad modum venationis in montibus, ſylvis, naturali-

* §. 30. n.6.

* §. 3.

* §. 3. n.24.

ter ſingulis licita inter jura regni relata eſt, nec ſubjectis licita niſi permiſſu principis, cum
* n. 15. hic. ita expedire reipublicæ videretur. De navigatione,& tranſitu infra dicetur *. Aqua profluens patere omnibus debet, ut bibere in eo, & aquam haurire, aliamve utilitatem, ſi qua ſimilis ſit, innoxiam ex eo trahere nullus prohiberi poſſit, dum hic reſpublica non patiatur. 7.
Quod idem de auri, argenti, & aliorum metallorum fodinis dicendum, quas effodere ſingulis jus fuit: adde quæ ſub terris latent venas, ſaltem quæ ſub inſtituto imperio non apparuere, pro communiter poſſeſſis non habendas, itaque ſub generali etiam occupatione 8.
* ſup. n. 2. principi ceſſiſſe*. Quo jure & theſaurum, bona ejecta, naufraga, poſtquam jam reciperandi abſit animus, caduca, vacantia, & alluviones cenſeo. Sed hæc omnia minus dubiè propria imperantis populi vel principis dicentur, ſi non familiæ ſegreges, quibus ſingulæ jam poſſeſſiones aliquæ eſſent, imperantem inſtituerint, ſed vel populus liber, vel ſub imperante novas forte ſibi quærens ſedes, terram per univerſitatem occupaverit, quippe quæ ita occupata, cum populi perſona non eſſet, 9.
imperanti cedunt. Mare cum jure aliquo privatis non ceſſerit, nec tamen inter res vacuas, non poſſeſſas fuerit, ut flumina commune manſit. Sed, ut ſol, aër, ita nec proprium principis fieri poſſe, reſpectu principis & populi alterius, enixè propugnatum eſt; Contra quam alii affirmativam amplexi iis principiis quæ ex doctiſſimo Seldeno diſcas *: ſic enim tenent, Mare ſub
* Mar. clauſ. generaliſſima totius univerſi donatione comprehenſum *Adamo* primum, poſt diluvium *Noacho* ceſſiſſe, proindeque venire in diſtributionem expreſſam ſeu conceſſionem potuiſſe, &

ve-

veniſſe in vetuſtiſſimas diſtributiones inter No-
achi *filios*, & *terræ ſanctæ* diviſionem ab ipſo
numine factam, deinceps & alteram ab *Joſua*
inſtitutam, plurimis ſcripturæ locis ei faven-
tibus, tantum abſit ut jus divinum dominio
maris refragari vel contradicere videatur.
Igitur repugnare ei *lex naturalis* non poteſt
cum lege divina poſitiva permiſſum ſit, utra-
que enim lex divina eſt quæ pugnantiam ha-
bere inter ſe non poſſunt, ut male fieri judicio
rationis dici nequeat, quod legi poſitivæ con-
gruit. Neutra quod prohibitum eſt, permiſ-
ſum diſpoſitioni humanæ videri debet, & in
facultate eſſe naturali. Unde proprium fieri
alterius principis vel per *occupationem*, (modo
quo de rebus communibus ſupra dictum *) * §. 3. *n.* 19.
& per *conventiones* inter gentes tacitas & ex- 20. 21.
10. preſſas, facta inter ipſos *diviſione*, poteſt. Quam
ſententiam & recepta omnibus gentibus
11. *praxis* probavit: ſed quæ contradictores viros
magni nominis habet. Sunt enim quæ obji-
ciunt argumenta ex natura maris: quaſi quæ
occupationi repugnet, quod fluxilis, intermi-
nabilis, & vaſta nimis. fruſtra enim diviſio, ſi
occupari res diviſa nequeat. Sed quarum *pri-*
ma ratio ſi valet, eodem argumento ſequere-
tur & flumina propria fieri principum non
poſſe, quorum adeo natura fluxilis eſt & in
momenta mutatur, ut cum eo collatum mare
ſtabile & immotum dicatur: propria tamen
fieri eorum, quorum interfluunt fines, jus apud
omnes eſt: quod idem de freto, de ſinu, &
mari interiore dicendum, nam & hæ aquæ
fluxiles ſunt, propriæ tamen fiunt: ſed & ean-
dem navem JCtus appellat, cujus ne prioris
ſubſtantiæ particula reſtat *: quin & aërem * §. 42. *fin.*

conterminum, cujus fluidior multo quam maris eſt natura, ab eo poſſideri qui fundi vel ædium eſt dominus, notiſſimæ in jure ſervitutes de ædibus non altius tollendis, de luminibus non officiendis, & proſpectu, & aliæ probant: unde cœli dominum, quem ſoli dicimus. Sed 12.
nec rem *interminabilem* mare eſſe, quia liquidum, & terra forte majus, ſacratiſſima ipſius Dei *, & Regum ſapientiſſimi * effata probant: quin ut ripæ fluminum, ſic littora maris termini non ſint, nulla probabilis ratio ſuadet; nam & ICti littus appellant quouſque, fluctus a mari pervenit *; & minus corpus æque majoris quo continetur terminus, atque majus minoris contenti cenſeri debet: habet & ſcopulos mare, montes, inſulas, & ſimilia quæ fines regant, unde & nomina maribus: & gradibus diſtingui notiſſimum hodie; & terminis uſus gentium probat: unde & finium regundorum agi poſſe JCti docuere. Ex *ma-* 13.
gnitudine nimia dominii incapax mare eſſe qui obtendunt, ſi *univerſum* intelligant, recte quidem; nam & parte forte non exigua ignotum eſt, in ignorata autem non cadit dominium: ſed & qua notum eſt ab uno homine vel populo difficulter occupari nihil quidem ſingulare eſt, ſed cum terra commune habet; ratio autem ab impotentia hominis vel populi, non à maris natura inoccupabili petenda. At *pro partibus* occupari, etiam præcipuis, maximis, non minimis, & totum a diverſis & pluribus, qua notum, itidem cum terra commune habere, nil video quod vetet. Ratione territorii adjacentis in proximo ut è terra navigantes cogi poſſint, & in freto, & ſinu, & mari interiore populi alicujus terris con-

* *Job* 38.10
* *Prov.* 8.29.

* *L.* 96. *L.* 112. *D.V.S.* §.3. *D.R.D.*

concluſo (ut in flumine) dominium etiam ac imperium agnoſcunt ii *, qui generaliter op- * *Vid. Grot. Jur. Bell.* pugnant: Ita diſtinctè Vir doctiſſimus *in Mari libero* * adverſus cauſam ſpecialiter Luſitano- * *Cap.* 5. *p.* 35 rum, non de ſinu, non freto, non mari interiori, ſed de Oceano quærit, qua immenſum, infinitum, rerum parentem, cœli conterminum antiquitas vocat, & ipſe *ibidem* partem maris (quod nos etiam ad maximam extendimus) propriam uni, vel pluribus fieri populis poſſe aperte concedit: maxime dum *alibi* * * *Jur. Bell.* 2. *c.* 3. *n.* 10. quod occupatum mare (quo ſenſu dixerat, id eſt in partibus) non ſit, aut occupari non potuit, non ex ratione naturali ſed ex inſtituto tenet proveniſſe, quod mutari poſſe nec ipſe nec ullus diffitebitur. Quod occupatum univerſum vel ex conſenſu tacito, vel expreſſo per diviſionem inter principes non ſit, factum, ſeu mavis non-factum probat, jus ſeu facultatem non improbat, nec ipſius maris naturam mutat. Neque ſpectat huc quæſtio de modo occupationis, ejuſque continuandæ ratio *. * *Vid.* §. 35. *n.* 4. §. 3. *n.* 11. *med.*

14. Qui *uſum* vel partis vel totius communem eſſe volunt, eo quod omnibus ſufficiat, & haberi ſine alicujus deterimento poſſit, proindeque nec eandem quæ in aliis rebus diſtinguendi dominii neceſſitatem eſſe, proprietatem argumentô, conceſſô utcunque, nil magis impediunt, quam lumen meum, quod & aliis ſufficit & à pluribus ſine meo deterimento haberi poteſt, & fundum meum qui iter omnibus debet, efficiunt non meum eſſe: ſed & multa rectè fieri, ad quæ recte facienda non neceſſitas requiritur, dum in jure ſit agentis, nemini non notiſſimum eſſe debet. Verum an uſus debeatur inſpiciendum:

certe negatum quale diximus, in partibus etiam, inſignem inhumanitatis eſſe ſpeciem, nemo diſcretus dubitat: & inter rectæ rationis dictamina ſeu naturæ leges ea cenſetur, quæ æqualitatem ſervare in earum rerum uſu jubet quæ ſufficere omnibus ſine alicujus deterimento poſſint, cum eripiendo aliis incommodi, nobis non magis commodi ſimus: unde & altera naturæ lex, quæ prohibet incommodum aliis eſſe, ne ſi qui ſuperflua velit aliis belli materiem ſuſcitet; cui & lex de ſocietate & pace colenda adverſatur. Patere igitur navigantibus, & commercio debet, ut facultatem ex jure præciſo dominii ea ex naturæ legibus moderatio temperet, maxime in neceſſitatis caſu: hoc eſt quod doctiſſime Grotius propugnavit, quibuſvis ad quoſvis liberam navigationem, & mercaturam eſſe; adde nullo etiam navigantibus onere impoſito ex ſola dominii cauſa, quamvis rectè ex alia, ſed moderato, liceat; præſtitâ, ſi noxa metuatur, quæ dominum ſecurum reddat cautione: itaque fœderibus moderatum inter populos ad alterius territoria, portuſve (qui territorii ſeu continentis pars dicuntur, & publici) acceſſum legimus: Sed quæ in mari nihil ſpeciale, cum & terra, quæ tamen propria eſt, peregrinantibus & tranſire volentibus uſum ſimilem debeat. de flumine ſupra dictum *. Sic lex naturalis jus principum naturale limitat. jure enim naturali præciſo, ſi nihil concurrat, pati invitus nemo cogitur alium poſſeſſiones ſuas ingredi. Igitur & quæ innoxia ſit utilitas ipſe princeps judicabit: ſi juſte metuat, merito petenti non concedet, cujus interiora conſpicere non datur; at qui petit ani-

* *n.* 6.

mi

mi ſibi & propoſiti recti conſcius vindicare de-
bitum ſibi naturæ lege non prohibetur. Itaque
bellum utrinque juſtum erit. De cætero ma-
ris uſu, piſcatione, gemmarum, concharum
collectione, ea poteſt conſideratio eſſe, quod
domini poſſit commodis detrahere, & pro-
prietas deterior fieri, quomodo fodinæ, ſi ef-
fodere promiſcuè & ſine diſcrimine cunctis li-
16. ceret: Sed & impeditum hunc uſum qui putet
moleſtum ſibi, vel commodis oneroſum, vel
ſubſiſtentiæ ſuæ & ſubjectorum neceſſarium,
ut præſtare iis quam debet ſalutem, finemve
attingere delati ſibi imperii non poſſit, repe-
tere jus priſtinum quaſi in res non diſtributas
vel non conceſſas, non prohibetur; dum ſtare
in caſu neceſſitatis ne pacto quidem ſuo quiſ-
quam tenetur, quo conſenſiſſe adverſus pro-
priam ſui conſervationem comperitur *: re- * *Supra* §.3. *n.*22. 23.
petendo igitur jus, officium ſuum exequetur, 26. *n.* 8.
17. abſit ut male quicquam admiſerit. Omnem ſi
maris uſum promiſcuum concedamus, vix eſt
ut nocere nudum proprietatis nomen poſſit,
18. vel contradictorem qui proprium dicet ſibi ni-
ſi ab gloriam quiſquam reperturus ſit. Qui
autem non conſenſerunt dominio jus naturale
ut in rem non diſtributam, communem, reti-
nent: at minime conſenſiſſe cenſendi ſunt qui
facto aliquo contrarium teſtati ſint; unde rem
iis vindicare licet per media cuncta quæ natu-
19. ra monſtrat. Quæ *extra territorium* loca incul-
ta adhuc ſunt, ſi juſſu, mandato, vel auctori-
tate principis occupentur, principis fiunt: ſi
à privatis, proprium hi ſibi regnum conſtituunt,
ſecundum ea quæ ſupra dicta *. * §.3. *n.* 20.
21.

§. XXXVII. *Juriſdictionem habet omnimo-*
1. *dam.*] In juriſdictione tota vis coactiva eſt, in

qua ſplendor præcipuus, & virtus majeſtatis, & legis conſiſtit *: ita conjuncta cum juriſdictione lex, *virtus armata* dicitur. Tolle juriſdictionem à Majeſtate, juſtitiam ſuſtuleris, & punitionem (cum jus omne tollas in perſonam) & cum eo obedientiam, & pacem, & ſecuritatem, quæ finis eſt imperii & officium imperantis, omnia erunt inordinata, & res delapſæ ad primævum naturæ ſtatum, confuſaque turba, nemo ubi audit neminem: Quare & in ſtatum ſe naturalem reſtituit, & injuriis ſe exponit, qui juriſdictioni ſe ſubtrahit, dum defenſioni, & quæ per eam eſt, paci ac ſecuritati publicæ eo facto renunciat. Juriſdictio 2.
imperanti data & ſimul judicandi jus translato judicandi jure de propriis negotiis ſingulis in naturæ ſtatu competente. Virtus autem ju- 3.
riſdictionis non in judicio ſolo ſeu judicandi poteſtate nuda, ſed in *executione* conſiſtit: ſeparari igitur executio ab judicio nequit, ne illuſorium ſit judicium, & tota juriſdictione deſtituatur, qui effectu deſtituitur. fruſtra judicat cui judicata non licet exequi. hinc non ſententiâ, ſed executione judicium finiri vulgo traditum eſt. Marta executionem partem cauſæ potiſſimam dixit. & Dan. Mollerus ſententiam ſine executione campanam ſine piſtillo vocat, quaſi mutam, mortuam. optime And. Gail. executionem id eſſe, quod extremum in juriſdictione eſt. Omnimoda igitur Juriſdictio cauſæ cognitionem, definitionem, executionem complectitur: Perſonas item, res, terri- 4.
torium, cauſas, actiones. Ad perſonas exteras non extenditur: quo argumento & Legati admiſſi juriſdictione eximuntur ejus ad quem miſſi *, quia cum domini perſonam repræſentent,

* §. 87. n. 6.

* §. 51. fin.

tent, conſiſtere extra territorium intelligun-
tur. Sic nec ſocius in ſocii ſubditum juriſdi-
ctionem habet, licet non pari conditione ſo-
cientur *. Nec in æquales, vel qui æque ſit * §.23. *n.* 1.
ſummus: Unde quæſtio, de regni ſucceſſione
5. ſi diſceptetur, quaſi judex ſit futurus. His ſo-
lis exceptis, qui in territorio reperiuntur hoc
ipſo ſubjecti juriſdictioni & imperio impe-
rantis fiunt *. Quatenus in perſonas, cauſas, * §.31. *n.* 1.
& actiones ſacras ſeu eccleſiaſticas ſummi im-
perantis juriſdictio extendatur, ſuo loco di-
6. cetur. Si inter imperii partes controverſiæ
oriantur, coram principe non ſecus atque pri-
vati ſunt *, ipſe igitur ſententiâ ſuâ compeſcit, * *Vide l.* 16.
moderatur, comminuit. Si inter fœderatos, *D. V. S. l.*
7. cogendi, coërcendi, vel juris ſui vindicandi 15. *ad SC*
læſo jus eſt ut ſingulis in naturæ ſtatu, niſi aliud *Maced. l.* 1.
pacto convenerit *. imprimis enim lex fœde- §. 4. *d. ædi-*
8. ris inſpicienda. Jus vero per ſe, vel per alios *lit. edict.*
dicit: priore modo, erectis etiam tribunali- * §. 50. *n.* 3.
bus & poſtquam cauſas ordinarius cognoſcere
cœpit, avocationis jure quod magiſtri appel-
lant, vel motu proprio, vel a parte aditus: ſol-
vitur enim judicium vetante eo qui judicare
juſſerat *. Cum enim totam juriſdictionem * *L. Judic.*
illis adimere poſſit, multo magis ejus partem *ff. d. jud.*
9. poteſt. Sententia jus inter partes facit: non
ipſi principi ut ſequi eandem in negotio ſimili
teneatur, ſi altera æquior ipſi viſa fuerit, quip-
pe non jure conſtituto civili, ſed naturali, id
eſt, ſola æquitate regatur. Sic nec judici, qui
ſecundum leges, non ſententiam erroneam ju-
dicare debet. Ita ab inſtitutione judicii juriſ-
10. dicendi eſt facultas, ab exercitio pertinentia
utriuſque & quæ conſectaria ſunt, ſub judicia-
lium nomine; quamquam & quorundam ante
inſti-

inſtituta judicia, ut productionis teſtium, dictionis teſtimonii, extrajudicialis fuiſſet uſus. Modus in naturæ ſtatu conſequendi ſuum, etiam per arbitros judicatum, niſi ultro monitus debitor præſtaret, *vis* erat *, qua vel res ipſas vel tantundem, vel plus etiam jus erat capere, ſub reſtituendi ſuperflui obligatione.

* §. 26. n. 6.

12. Naturaliter juris ſui quiſquis privatus vindex eſt. redit autem jus naturale ubi judicia ceſſant: Unde repreſſaliarum ſeu pignorationis

13. jus inter diverſos populos, de quo alibi mentio fuit *.

* §. 30. n. 12.

§. XXXVIII. *Provocationi nulli obnoxiam.*] Suprema cum ſit, ulterior provocatio non datur *: unde ſumma dicitur, & decretoria, quod ſuperiore infirmari nequeat: quamquam vero appellationis ab ipſo Imperatore malè informato ad melius informandum exempla non deſint.

* §. 18. n. 4.

2. Sed & ad Majeſtatis hanc partem pertinet quod ipſa appellationibus modum ſtatuit, graduſque determinat: quod & circa

3. ſacra obtinet *. Commune autem inter plures ex pacto eſſe appellationis judicium, jus ſupremæ cognitionis non minuit.

* §. 67. n. 4.

§. XXXIX. *Mali vindex, idem ſeverus.*]

1. Severum oppoſitum benigno appello, qui à juris puncto non recedit, non qui crudelis ſit. De imperatore Apoſtolus. *Non fruſtra gerit gladium, vindex ei, qui quod malum eſt, fecerit.* Pœnæ jus non eſt ſingulis, neutro nec naturæ nec zeli jure: illud juris ſui vindicandi, vel aſſerendæ ſecuritatis ſuæ facultas, quæ in bellum privatum incidit, quam etiam vindictam privatam appellavimus; hoc mera & ſeditioſa fictio eſt, quæ fundamentum in authoritate ſacra non habet. Eſt pœnę jus ſolius imperan-

rantis in proprios ſubjectos ex juris naturalis facta per ſingulos reuunciatione: Renunciatio enim & ſingulorum reſpectu negationem ſeu privationem, mavis juris reſiſtendi naturalis probat & patientiam imponit, & imperanti jus plenum non impeditum relinquit, ut uti quibuſvis mediis valeat quæ ſuæ, civitatis, ſingulorum ſecuritati ſerviant *: inter hæc pœnæ jus eſt, lege prius poſita. Sed & cum ad defenſionem, quietem, ſecuritatem Civitatis ſpectet internam, ad officium quoque pertinere imperantis debet, ut malefici pœnis coërceantur, boni adverſus injurias defendantur, dum ita pœnam temperet, ut cor-
3. rectioni ſit reo, exemplo aliis, (quos obiter pœnarum fines obſerva) non ut nuda dolentis animi ſit exſatiatio, quæ bonum futurum non habeat, vel immanis ſævitiæ ſpecies qua impingere adverſus legem naturalem poſſit. Vanum imperium ſine plectendi jure eſt: Convenit quod Pontifex dixit, *ideo ſe legem ferre, ut quos virtutis amor à vitio non retrahit, eos diſciplinæ rigor coerceat.* Hinc legis partem alteram pœnalem eſſe volunt, non prohibitoriam unam aut diſtributivam tantum. Legum præcepta facilè tranſiliunt, qui commodum inde ſperant. ſingulis itaque appoſita talis pœnæ proportio ſit, ut qui violent, malum majus ex pœna metuant, quam ex facto malo bonum ſperant, dum ſi pœnâ bonum ex facto malo præponderet, quiſquis appetitum ſequetur, nec pœnæ nomen mereatur, beneficium rectius dicatur. Ad fines autem attem-
4. peretur, ne juſto durior dicatur ſi haberi leviore finis poſſit *. Imprimis autem circa proportionem reipublicæ utilitas ſpectetur, ex eaque

* *Vide hac* §. 17. *n.* 1.

* *Vid. optimè Marcian L.* 7. *d. pœn.*

eaque temperandæ pœnæ jus & arbitrium.
Per naturam enim definitæ pœnæ univerſa-
liter non ſunt; nec per legem Hebræis da-
tam, quæ ut ei populo civilis, cum alia non
eſſet, ita ad reipublicæ ſtatum, & populi
genium accommodata, & particularis, unde
legem alteri populo, ſeu neceſſitatem non 5.
ponit *. Pars legis pœnalis magiſtratui exi-
gendæ pœnæ non jus ſolum dat, ſed & obli-
gationem imponit, niſi ipſe velit in culpa eſſe.
Delinquentes ad deferendum ſe non obligat,
quare qui pœnæ ſeveritatem quoquo modo,
etiam facti negatione declinat, obligationem
nullam violat. Extra delinquentes extendi vix 6.
eſt ut pœna directe queat, quamvis redunda-
re ad alios indirecte: Quid ſi patris necem
vindicaturum filium in majeſtatem ſuam prin-
ceps juſtò ſuſpicietur? tollere è civitate non
pœnæ jure, ſed cautionis recte poterit *. So- 7.
luta pœna civili manere divinam ex eo proba-
tur, quod obligatione adeoque & violatione
legis civilis ſublata, naturalis manet (ex pac-
to violato) quæ à Deo eſt, quare tollere eam
ejuſve obligationem quoquo modo poteſtas
civilis nequit: a ſimili enim quomodo privati
injuria remiſſione vel ſolutione tollitur, ma-
nente reo civili vindicta * ex tranſgreſſione
legis & ejus latoris contemptu cui obedien-
tiam debebat, ſic & ſoluta pœna civili vindi-
care Deus injuriam ſibi factam poteſt. utrique
& magiſtratui & Deo injuria datur, neque
pœna redimendæ libertatis peccandi eſt præ-
tium. Quid ſi lex ſcripta civilis ſit quæ matri-
monium, vel uxorem, vel adulterium non
niſi poſt copulam carnalem admittat, ante
ſtupri pœnam imponat, vel aliam adulterio
ex-

* *Adde* §. 40. *n.* 2. 3.

* §. 31. *n.* 2

* §. 40. *fin.*

exceptionem permiſſivam adjiciat? Ego puto adulterium coram Deo eſſe ex violata naturæ lege, quæ conſenſu perfici matrimonia dictat, ut in contractibus ſolet: in foro civili non eſſe, nec adulterii pœnam, quippe quatenus lex civilis ſit, ſed qua tamen lege efficere ſumma poteſtas non poteſt, ut exemptus reus pœnâ ſit debita ex admiſſo contra naturæ legem, cujus ipſa miniſter, non arbiter, nec ſupra eandem ſit legem, ut tollere obligationem ejus & efficaciam poſſet. Quid ſi lex civilis homicidio exceptionem adijciat, ut qui in terminis ſit exceptionis pro homicida non habeatur? reſpondendum præſumptionem juſtitiæ eſſe pro exceptione, quippe quæ præſumptio actiones principum ſemper comitetur, ne malitia præſumatur, igitur qui juſtam exceptionem putet, quæ fundamentum in lege naturæ habeat, ſecuutus eam non peccat, jus naturale exercet, quod liberum lex civilis permittit: qui injuſtam, ſecuutus nihilominus, homicidii crimen coram Deo, nec pœnam evitabit: licet enim interpres ſumma poteſtas legis ſit naturalis, non tamen interpres ſupra Deum ejuſdemque legis autorem *, & propriæ * §. 92.
cujuſque conſcientiæ dictamen * eſſe debet, * §. 5. n. 4. 5.
ſic ut obligationem tollere & efficaciam poſſet §. 34. n. 1. §.
quam legiſlator ſummus ei dederat, cuique 93.
ſententiam dare legi jus eſt majore cum efficacia: homicidium quoad effectus civiles non
8. erit. Quid ſi è converſo lex civilis homicidam appellet vel committi etiam homicidium dictet, ubi naturalis exceptionem tribuit? dicendum, qui admiſerit coram Deo non homicidii, ſed inobedientiæ reum videri: ut ſi quis cum telo ambulet, quod in lege Cornelia

eſt:

eſt: ſi cui vis inferatur lex patientiam jubeat.
De actionibus internis ſupra dictum, eas extra 6.
imperium humanum eſſe *, quod exemptio-
nem a pœna ſupponit *: adde cum per nudum
animi motum nemini læſio detur, ſic nullius
intereſſe ob eandem rem quempiam puniri.
Adde & extra pœnam eſſe quæ extra publicas 10.
ſunt tabulas *, ut ira, odium, avaritia, in-
vidia, ſuperbia, ingratitudo, & quæ plures
legibus naturalibus, iiſque ſcriptis in Evan-
gelio prohibitæ, ſoli Deo vindicta, legum
obſervatione pudori ſingulorum & conſcien-
tiæ commiſſa. Princeps ſolutus legibus qua- 11.
rum ipſe autor eſt, quod publicum in pœna
eſt juris poſitivi eſt, quo ſenſu veriſſime dic-
tum, leges pœnales ad principes non perti-
nere *. Inter ICtos agitata quæſtio eſt, utrum
actus contra leges nullus ſit *.

§. XL. *Idem benignus.*] Damnatos pœnâ
eximit Principalis clementia, quâ re accede-
re ad Deos proxime perhibentur, cum dam-
natis ſalutem reſtituant. Ejus autem ſolius fa- 1.
ciendæ gratiæ jus eſt, quem penes ſummum
conſiſtit imperium, qui legum civilium mo-
derator eſt, & vitæ neciſque arbiter, qui tol-
lere eandem legem & ejus effectum, in certa
perſona, poteſt. de Principe Romano ſcripſit
Livius, *Illic gratiæ locum eſſe, eſſe beneficio,
& iraſci, & ignoſcere poſſe regem.* Sic & reſti-
tuere quo ad effectus civiles, ſed quæ læſa
apud viros graves manet *. Non peccat igi- 2.
tur qui jure ſuo utitur. Caſus difficilis eſt in
effuſo temere ſanguine humano propter oracu-
li divini authoritatem *: Idem ſi quæ alia pro-
bentur crimina adverſus legem divinam pæ-
nalem in vim præcepti perpetui ſcriptam,
cujus

* §.33.§.67. *n.* 6.
* *Vid.Bodin. lib.* 4. *p.* 734.
* §.69. *n.* 9. *in fin.*
* §.68.*n.*14. *Vid.Dd. ad L.* 31. *ff. d. LL.*
* *Grot. Jur. Bell.* 2. *c.* 5. *n.* 19. *Trentac.* I. *reſol.* 1. *Virn. qu. ſelect.* I. *qu.* I.
* *DD. ad L.* 3. *C. d. gener. abolit.*
* *Gen.* 9. 6.

cujus non arbiter ſed ſubjectus erit, niſi cir-
cumſtantiæ juris rigorem temperent, vel à
pœna ordinaria liberent, vel delictum ſit cu-
jus ſeverius ſupplicium boni publici ratio non
admittat, ut ſi non emendatio ſeu correctio ſed
malum majus inde ſequuturum ſit *, vel reſ- * §. 39. n. 1.
publica ingens damnum paſſura: nam & his 2.
caſibus dici de lege pœnali divina recte
puto, quod de lege civili & naturali veriſſime
dictum, *habere pœnas dependentiam ab con-
nexione finium.* neque enim ad hoc ſunt pœnæ
ut per eas reſpublica patiatur, periclitetur,
4. evertatur, ſed vero ſalvetur *. Licet autem * §. 29. n. 2. 3.
& pœnis eccleſiaſticis juris poſitivi ignoſcere,
quod alibi dictum *. At parcè ubique indul- * 26. n. 9.
genda gratia, ne impunitatis ſpes homines ad §. 68. n. 10.
crimina audaciores reddat. Notum eſt illud,
5. *Impunitatis ſpes, impietatis parens eſt.* Poſt
mortem factæ reſtitutionis illuſtre exemplum
in Lollia cernimus, cujus iniquè ſententiam
paſſę cineres reportari, ſepulchrumque ex-
trui Nero permiſit, narrante Tacito. Idem aliis
6. contigit. Refer huc aſylorum jura, quæ vim
etiam publicam à reorum capitibus arcent.
Adde conniventiam & tolerantiam, quæ juris
rigorem temperent: Et quod Imperator in
*Novell. Non eandem ſe in operibus, hoc eſt ex-
ecutione, quam literis, id eſt legibus ſubtili-
7. tatem ſervare* *. De poteſtatibus inferioribus * Nov. 129.
ſcriptum eſt, ſententias mutare non poſſe (a) & pr. Sozom.
juris regulis adſtringi; quippe quas ſub legi- l. 7. cap.
bus, legumque miniſtros Princeps conſtituit. 12. fin.
8. Repete & hic quod proximè dictum *, tol- a L. 1. fin. d.
lere Principem legis naturalis obligationem, quæſt. l. 27.
atque adeo eximere reum per gratiam divino d. pœn.
ſupplicio non poſſe: Adde, ſi æqualitatem * §. 39. n. 7.

ſpectes, nec injuriam privatam remittere, dum publica ſolius imperantis ſit.

XLI. *Dignitatum omnium fons eſt, & author.*] Vel eximium vel ſpectabile ante imperia in populo vel ſingulis erat nihil, vel conſenſu omnium uni vel principi vel concilio ceſſit. Subjectionis ſtatus non poteſt dignitatis eſſe, niſi permittente eo apud quem omnis eſt dignitas. Quicquid igitur ſub imperii ſtatu eximium nunc aut ſpectabile in ſubjectis conſpicitur, ab uno principe manavit: Ita Baldus, *A principe, tanquam à fonte, exeunt omnium dignitatum rivuli.* Et alius, *A principe profluunt omnes dignitates, tanquam à ſole radii.* De Imperatore Seneca dixit, *Qualem quiſquis ſortem ſtatumque habet, in manu mea poſitum eſt; quod cuique mortalium fortuna datum velit, meo ore pronunciat.* Hinc omnis quæ inter cives eſt inæqualitas, ſecus atque in naturæ ſtatu*. De ordine ſervando titulus in Cod. exſtat (a) Rationem adde, ut confuſio vitetur, ac de honore & gloria certamen, quo nullum geri pertinacius videas.

1.

2.

3.

* *Introd.* §. 1 *n.* 5 & §. 3 *n.* 11.

a *Lib.* 12 *tit.* 8 *add. l.* 1 *d. Conſul. l.* 1 *d. alb. ſcrib. l.* 3 *de tyron. Nov.* 62 & *infr.* §. 47 *fin.*

§. XLII. *Qui rempublicam adminiſtrent, jura majeſtatis exerceant, Magiſtratus.*] Micat inter omnes magiſtraturæ dignitas: unde ut cæteræ principis beneficio tanquam á fonte ſuo in ſubjectos emanat. Adde autem rationi quæ ex origine deducitur omnium dignitatum, alteram hanc, quod naturaliter is ad quem cura pertinet totius, vice ſua conſtituat qui partes regant. Adde officii ſui præſtandi molem ſublevare eo modo quemque poſſe, quo rectius præſtet. Taciti dictum eſt, *Principem ſua ſcientia non poſſe cuncta complecti, nec unius mentem tantæ molis capacem eſſe.* His rationibus

1.

2.

nibus magiſtratuum creatio inter jura cenſetur quæ ſoli majeſtati competunt. Itaque eligit quibus quam aliis potius curandas partes man-
3. det*; *executione*, & *exercitio*, poteſtatibus * §. 65 *n.* 4
minoribus conceſſâ: at revocabiliter, etiam nulla addita cauſa, (dum a mero principis beneficio pendeant) & ſub onere de exercitio reſpondendi; ne ſi juris alicujus exercitium irrevocabiliter concedamus, nec ſub onere reſpondendi, ipſum potius *jus*, hoc eſt ſummam eatenus poteſtatem tranſtuliſſe videamur, quod
4. inferius improbabimus *. Exercitii autem * §. 98
commiſſi reſpectu induiſſe magiſtratus perſonam principis dicuntur, cum fictione quadam principis in ipſo repræſentante perſona conſpiciatur: Ipſi coram principe privati *, & inter ſe licet inæquales, æquales ſunt omnes *: * § 94 *n.* 11 *fin.* * § 14 *n.* 7.
Quomodo inter principes nulla coram Deo in-
5. æqualitas. Creari neceſſitas publica coegit, vel quia rebus omnibus, cum bello tum pace exequendis, unus princeps non ſufficeret, vel intereſſe omnibus ipſe perſonaliter, vel per ſe expedire nolit, vel ſimpliciter quia committe-
6. re alii placuit: ita tamen, ut ipſius partes in eodem negotio nihil magis, atque Dei in principis excludantur; quam enim functionem alii mandare poteſt, ipſum per ſe exercere concurrenter nihil impedit *, cum & revocare mandatam poſſit, ratione proxime conſideratâ. * *Confer* § 80 *n.* 5
7. Functiones largiri jure hæreditario, ſi intra terminos maneamus naturales, non poteſt qui ad vitam imperium tenet *, juris enim temporarii effectus niſi pariter temporarii eſſe non poſſunt. Status autem Democraticus perpetuus dicitur *: quod & in Ariſtocratico verum eſt. eadem navis manet licet * *ſup. n.* 3 * § 10 *n.* 130

partes omnes mutentur *. Idem nunc populus eſt, qui ab hinc centum annis fuit, licet nemo ſuperſit. Cui magiſtratus mandata eſt collatio, reipublicæ is ad eligendum eum qui ſit dignus tenetur, ſi indignum, damnum ſarcire quod per culpam ſuam reſpublica fecerit *. Alexii Comneni conſtitutio Imperatoria exſtat, ne in pueros dignitates conferantur, nec in annis 20. minores, niſi ipſa imperatoria majeſtas eos honoraverit *.

* *L.76 d. jud. l.10 §.7. quib. mod. uſuſſ. amitt.*

* *Covar. c. peccatum p.2 §7. infr. §81 fin.*

* *Conſtitut. ejuſd. Impt. 1 de ætate ineuntium officia.*

§. XLIII. *Miniſtros ſingulos, publicos.*] Singulos, ad differentiam: communicat enim po- 1.
teſtatem ſuam vel ſingulis, vel junctim pluribus, ut uni. Patriæ ſuæ vel officii alicujus ad- 2.
miniſtratio nulli ſine principali juſſu vel beneficio permittitur *. Cui permiſſa adminiſtra- 3.
tio, cinguli ſui ſeu loci ſervatorem conſtituendi licentiam non habet; quod & imperatoribus Romnias placuit, Hoſdrunâ & Meſopotamiâ exceptis *. Qua parte quiſquis præfe- 4.
ctus, cum repræſentare perſonam principis, hoc eſt populi diximus, perſona is *publica* dicitur; alio nomine *politica*, à naturali diſtincta. Sic perſonæ publicæ fuere LXX. Senio- 5.
res, quos monente Jëthrô judiciis præfecit Moſes *, ut in dijudicando populo ipſum principem ſublevarent, principis autem nomine jus dicerent. Eodem ſenſu ſacerdotes & eccleſiæ paſtores publicos appellaveris *, electione non muneris emanatione, quod infra plenius. Item militiæ rectores. Adde qui in omni ſpecie juſſa ſententiaſque exequuntur. Excellenter autem repræſentare principis perſonam Legati dicuntur, unde & ipſi *Excellentes*, quaſi qui faciem & authoritatem principis modo excellenti geſtent: appoſite de Legato Tul-

* *l. ult. d. off. rect. prov. l. ult. C. d. crim. ſacril.*

* *Nov. 8 cap. 4. Nov. 17 cap 10. Nov. 128 c. 20 Nov. 134 c. 1.*

* *Exod. 18 17 ſeqq.*

* *§. 65 n. 17. §. 67 n. 9.*

Tullius, *Senatus faciem ſecum attulerat authoritatem reipublicæ.* Unde & ſanctimoniam iis, nihil ſecus atque ipſi principi, & naturalis ratio & conſenſus gentium de-
6. fert*. Qui vero partem in republica repræſentativam, ſeu directivam, ſeu executivam non habent, perſonis publicis, in noſtra materia, non accenſemus: ſunt enim publicæ alio ſenſu qui ſolam functionem ab authoritate publica habent, quomodo Notarios publicos dicimus.

* *Text. de jure Romano vid. L. ult. ff. d. legation. l. 7. d. vi publ.*

1. §. XLIV. *Vel Collegia inſtituit.*] *Publica,* quod partem in reipublicę adminiſtratione, ſeu
2. regimine publico faciant. Eaque ordinaria*, vel extraordinaria. Ordinaria permanentia, vel certis temporibus indicta. Extraordinaria quæ tempora definita non habent, arbitrio au-
3. tem principis indicuntur. Omnium hæc una natura eſt, ut congregati principem repræſentent (niſi forte ad conſilium vocati) & unius perſonæ politicæ vicem ſuſtineant, cujus una ſit actio, unum judicium, quod majore parte
4. concluditur: Ut tamen diſſentientis, cujus non acceſſit conſenſus & judicium, nec actio, nec factum ſit*, inde nec in mali vel debiti partem venire (ſi quod tale commiſſum vel contractum fuerit) qui diſſenſu ſuo impedire concluſionem nequivere. Cogit & extra ordi-
5. nem princeps invitos, & invitos reſolvit*, vel conſummato, vel necdum cæpto, vel in medio relicto negotio; neque eſt qui ſummo imperanti legem ſtatuat cui expedire aliter viſum fuerit: Privatum fit collegium, & privati manet pœna, ſi conſultare de rebus publicis perſeveraverint, non excuſandi à læſæ Majeſtatis
6. crimine. Dum conveniendi de negotiis pu-

* §. 71 n. 10
* §. 85. n. 8.
* §. 71 n. 11

blicis in concilium inter jura ſit Majeſtatis. Alio ſenſu publica dicuntur collegia, quod 7.
ſolam authoritatem à poteſtate publica habent,
* §. ſeqq. quæ privatis accenſemus *, ut de rebus privatorum, vel quod partem in reipublicæ adminiſtratione non faciant.

§. XLV. *Cætera privata, licita vel illicita.*] Naturaliter ſepoſita omni humana lege, coire 1.
hominibus privatis privata authoritate, & pro arbitrio licere, naturalis libertas, & vel ipſa
* §. 15 n. 8. 9. natura humana, qua appetens ſocietatis ſimplicis *, probat, itaque licitæ ex naturali jure, etiam ſub imperio, conventiones. Illicitæ ex
prohibitione legis factæ. Prohibendi ratio ex 2.
inſtitutæ conventionis fine, ſeu cauſa petita:
ut ſi juſta, honeſta, probabilis ſit, ex qua tur- 3.
bari pax publica nequeat, vel aliud inde damnum reſp. perſentire, prohiberi lege non ſo-
* *Ut in l. 3. §. 1 d. coll. & corp.* leant, nec ubi generalis eſt prohibitio *, à lege excipi. Sic non prohibitæ non tantum in nundinis, in templis, locisque ſimilibus, etiam frequenter & cum multitudine hominum congregationes, quas confuſas appellare liceat: Sed nec quæ in formam corporis fiunt, artificum, mercatorum, aliorumque, artis ſuæ, mercaturæ, negotiationis cauſa, quin imo a lege generali quæ corpora, collegia, ſocietates prohibet, exceptæ, & à publica poteſtate ſpecialiter permiſſæ, quare & ab eadem poteſtate authoritatem habent, & perſonam, & leges præ-
* *l. 4. eod.* ſcriptas, vel jus ſibi condendi *, & res communes, & arcam communem, & acto-
a *L. 1 §. 1. quod quiſque univerſ. non* rem ſeu Syndicum (a), & alia jura, ad
* *Ibid.* exemplum reipublicæ *. Permiſſio perſonæ jus includit, & permittentem quodammodo obligat, uſque dum permiſſio du-

durat,

durat, ſi pacto maxime convenerit, ut permitteretur. Hoc ſenſu publica etiam dixeris collegia, minus proprie. Quæ vero conventio-
4. nes cauſam probabilem non præferunt, malo conſilio inſtitutæ cenſentur, & experientia plus ſatis compertum eſt quam ſoleant clanculum in quibuſdam turbæ *, ſeditiones, tumultus, rerum publicarum mutationes, everſiones, præparari, foveri, quæ componere difficile & triſtes plerumque habere exitus, dum vel in religione fere ſectas excitare, vel imperium in partes trahere. Tales cenſentur quæ permiſſæ non ſunt. Conventicula, ſocietates illicitas jus civile appellat. Factio proprie dicitur cum pacto novo ſubditi (priore jam in imperii inſtitutione obligati) ſtipulata invicem fide, ſub duce plerumque conveniunt; quod civitatem eſt in civitate, & imperium in imperio erigere, contra ſummum legitimumque imperium, ut hoſtem ultro intra mænia admittat qui ejuſmodi conventiones ſummo cum
5. rigore non coërceat. Ubi generalis exſtat, prohibitio, tanta ejus virtus & efficacia erit, ut nulla quidem haberi congregatio vel ſocietas ſine conſenſu expreſſo poterit. Si in quaſ-
6. dam ſpecialis prohibitio, *non expreſſæ* libertatis manent naturalis: Ut & per legem *permiſſæ*, dum novi ex lege nihil accedit, quod alibi dictum *. Quæ vero *tolerantur*, vel *conniventur*
7. tantum, hoc abeſt ut fundamentum ex jure naturali trahant, ut vel haberi nullo jure dicendę ſint, quare nec perſonam niſi per toleran-
8. tiam habent. Religionis publicę cauſa conventiones Marcianus permiſit *. Addito temperamento, dum tamen per hoc non fiat contra SCtum quo illicita collegia arcentur. Pro-

* *Liv.2.n.28.*

* §. 20. *fin.*

* *L.* 1 §. 1. *d. colleg. illic.*

hibentur generaliter Heretici, qui a publica diſſentiunt religione, eccleſiis iis ademptis, & in cujuſcunque privati congregationes ſuas celebraverint ędibus, ſciente domino, ejus loci Eccleſię Catholicę vindicandis*, vel Fiſco adcorporandis *. Sed quę prohibitio perpetua non fuit: ſolis enim Eunomianis exceptis, reliquos omnes in ſuis coire conventiculis Theodoſius permiſit. Aliis copiam fecit ut extra urbes oratoria ſibi extruerent. Novatianis etiam conceſſit, ut eccleſias ſuas intra urbium ſepta abſque ullo metu retinerent *. Jam prius Gratianus lege lata edixerat, ut omnibus cujuſcunque religionis hominibus abſque ullo diſcrimine in eccleſias convenire liceret, Eunomianis, Photinianis, & Manichæis exceptis *. Et Judæis permiſſa Sabbatha ſua, & feſtivitates ſuas, & Synagogas habere *. Sed & Chriſtianis multo ante ipſi etiam imperatores quidam gentiles idem conceſſerant, quod ex Euſebio, Socrate, Sozomeno legas.

* *L.* 2 *d. ſum. Trin. l.* 3. *l.* 8. §. 3. 5. §. 3. *d. hæret. Nov.* 42. 132.
* *l.* 20 *C. Theod. lib.* 16. *tit.* 5.
* *Socrat.* 5 *c.* 20.
* *Cap.* 2 *eod. Sozom.* 7 *c.* 1 *fin.*
* *L.* 2. 4. 11. 13. *C. d. judæis.*

§. XLVI. *Munera invitis imponit.*] Sunt
enim nec oneroſa tantum, ſed & periculoſa. 1.
Perſonalia appellantur quæ corporali labore,
& animi ſollicitudine explicantur *. Suſci- 2.
piendi neceſſitas ex jure in perſonam venit,
& originaria imperii inſtitutione, quâ ſinguli
ad ea tenentur quæ reipublicæ conſervationem ſpectent; magis igitur juſſi tenentur, dum quid ſpectet ſolius principis ſit judicium *. Eligit princeps arbitrio ſuo digniores, prudentiſſimos, qui muneri aptiſſimi, ac pares ſint, ut per eos potius quam alios reſp. defenſa ſit. Exempla in legationibus ſunt obvia, ſunt in aliis: de defenſoribus civitatum, textus eſt in Novellis Juſtiniani conſtitutionibus, recuſan-

* *L.* 1 §. 3. *l.* 18. §. 1 *ff. d. muner. & honor.*
* §. 81.

ſantibus quinque librarum auri imminentè pœnâ, ſic ut & poſt pœnæ ſolutionem ſuſcipere defenſoris officium nihilominus cogantur *. Sunt etiam exempla in minimis, quod juris publici peritiſſimus & inſignis Galliæ practicus Ærodius obſervat *. Eſt & ſimile privatis jus in tutelæ datione, non jure proprio, ſed quia principi ita placuit, ne pupillus indefenſus ſit.

* Nov. 15 cap. 1.

* rer. jud. lib. 10 c. 3 Gail 2 obſ. 52 n. 3 ſeqq.

§. XLVII. *Parem in territorio habet nemi-*
1. *nem, inferiores omnes.*] Ea nempe ſummi conditio eſt, ut nihil adæquet, nedum ſuperet *, qua periodo omnis poteſtas in ſubjectos, & ſuperioritas, & dignitas in perſona principis
2. concluditur. Dignitas territorialis & ſupra principes exteros extenditur, in territorio conſiſtentes, licet dignitate ſuperent: non ex perſonali aliquo jure, ſed eo quod territoriale appellant, quo reſpectu & ſubjectorum habentur conditione *, dum & ipſi extra territorium privati ſint. Quæ in contrarium uſus exempla, quantumvis iterata produxit, ad humanitatem referri debent, jus non probant.
3. Neque vero jus principis in territorio ſuo per præſcriptionem tollitur, dum in territorio ſuo ſuperior ſemper maneat territorii dominus.
4. In territorio neutro, interque æquales uſus & patientia plurimum valet: unde jus inter gentes. Poſſeſſio contraria ibi jus mutat. Æqualitas à libertate eſt æquali *, quod nemini ſubſint. Aliud ſi qui ex fœdere inæquali alteri imperii reverentiam debent *. Sed & potentiori cedere prudentiæ quandoque eſſe poteſt. Or-
5. do fere inter æquales, niſi conventio interceſſerit, ex tempore æſtimari ſolet * ob naturalem ætatis venerationem: Sed qui dignitatem non minuit, cum ex neceſſitate ſit ordo,

* §. 18 n. 4.

* § 31 n. 1.

* § 21

* § 23

* Conf. § 41 fin.

dum conſtere omnes in uno loco non poſſint. In plurium ſocietate primus locus ei debetur, qui plus cæteris participat in ſocietate.

§. XLVIII. *Belli.*] Belli jus tanquam medium neceſſarium ad defenſionem pertinet. 1.
ſine defenſione nulla populo ſalus eſt, neque ſecuritas *. ſalutem populi per defenſionem procurare officium ſupremæ majeſtatis eſt *. quod officii alicujus eſt neceſſe eſt & poteſtatis, & juris ejuſdem eſſe dicamus; ſequitur hinc & belli jus penes eundem eſſe. Adde ut in bello plerumque ſalus, ſic exitium ſæpe reipublicæ verti. Imperiis inſtitutis bella ſtatim privatis illicita fuere, vindicta juris publici eſſe cœpit *, niſi quatenus defendendi ſe jus ex lege civili manſit *. Hinc & arma habere ad bellum, illicitum, munitiones extruere illicitum, niſi permiſſu principum, ob tutelam publicam. Vis illicita ob judicia inſtituta, & actiones proditas. Quin & magiſtratus inferioris, quiſquis ille ſit, ſummam poteſtatem non habentis, publicum & ſolemne bellum eſſe non poteſt, dum privata coram principe conditio ſit *, publicum nihil jure ſuo habeat, & convenire de belli ſolennibus nequeat: Deinde quod belli jus non ſine coactione ſit, quæ cum tota à ſumma poteſtate emanat, ut privati qui ſine imperio eſt, ita nec magiſtratus inferioris eſſe poteſt. Niſi quatenus defendendi ſubjectos jus adverſus exteros (cogendi enim ſub juriſdictione & imperio venit) à ſumma poteſtate laxius vel reſtrictius datum ſit; jure itaque ab eadem poteſtate promanante, qui quod publicum & ſolenne eſt accommodat, vel non accommodat. De caſu non expreſſo ſi quæratur, veniſ-

(Margin, beside "publicæ verti. Imperiis inſtitutis bella ſta-": 2.)

* Sup. § 13
* §. 14
* L. nullis, C. de Judæis.
* § 3 n. 4 & ſeqq.
* § 42 n. 4,

veniſſe dicendum hoc jus ſub generali defenſionis jure, ſi aliter defendi quibus præpoſiti ſint ſubjecti nequeant. At cum ea defendendi ratio ſubjectos plerumque civitatis omnes, atque adeo totam civitatem in periculum trahat, ademptum id jus per leges civiles eſt: ſed quod ipſum exceptionem in neceſſitate ſumma patitur, ut ſi conſulendi principem in re præſenti non ſit copia. Ab authoritate principis ſi indictio accedat, belli ſolennis nomen eſt, quod ad ritus, & juſti quod
3. ad effectus externos. Ad eos effectus indictio uſurpari in bello ex jure gentium cœpit, cum naturaliter nec ad vim juſtam, minus ad defenſionem requiſita eſſet; rationem alibi didimus
*: quin ſtulte egerit qui monitum adverſarium * § 6 n. 3
ſibi fortiorem concitaverit. Quamvis requiri de ſatisfaciendo interpellatio videatur; ſed quæ a belli indictione differt. Cauſam exprimi receptâ cum indictione nihil eſt neceſſe, dum interpellatio præceſſit. Ad jus belli pertinet
4. imprimis arbitrium de juſtitia belli; unde juſſi bellare ſubditi tenentur *. Cauſas juſtificas * § 93 n. 6, ſeqq.
collige ex iis quæ ſupra de conſervatione ſui & rerum dicta *. Offenſivo quod noſtrum eſt * § 3 n. 3 ſeqq.
vindicamus, vel debitum nobis, cujus vocis latiore ſignificatu & injuriam & damnum complector. Injuſtum eſt bellum, ſi offerat ſatis debitor, vel promittere arbitro velit. Juſtum ſi neutrum velit. Ex apparatu vicini bellico ſi metus juſtus ſit, cavere ſibi etiam armis licere, & indicto bello ni deſiſtat, vel de non offendendo caveat (quomodo & ob minas vim facere *) omnino affirmandum cenſeo. At * § 3 n. 8.
nuda ejus potentia, qua nocere poſſit, ſi aliud * § 2 n. 10, 13
nihil concurrat, vix eſt ut juſta belli cauſa ſit *. § 3 n. 7. § 15 n. 3.

Sed

Sed an utilitas quævis, dari certa definitio vix poteſt: videndum autem quatenus ad reipublicæ conſervationem faciat *, quod princeps arbitrabitur *, cujus arbitrium, ut ſingulorum in naturæ ſtatu, juſtitiæ præſumptionem habet. Sic belli offenſivi cauſa juſta præſumitur, ne injuſtitia præſumatur. Unde belli effectus externi, & nulla rei occupatæ in bello, quaſi ex metu, repetitio, dum & juſtè datus metus præſumatur, quamvis vere poſſit non juſte datus eſſe. Hoſtis ab latrone diſcrimen in cauſâ agendi eſt differentia *: Si belli cauſa non ſit juſtifica, ipſi reges piratæ, latrones dicti.

* §3 n. 8 §3 n. 10.27. *§4. 5: 81.

* §16 n. 4

Inter belli jura occidendi hoſtis licentiam jus naturale concedit, id eſt, facultas nulla lege prohibita: ſin aliter nequeas, præcipit, ut ipſum te ſerves *. Modus naturaliter in arbitrio eſt partium: ſed quem inter gentes conventio tacita limitavit, cum veneno hoſtem tollere, fontes inficere, percuſſorem mittere, jam diu apud moratiores inauditum ſit. Sed bello captos occidere dum bellum & belli jus manet, alibi dictum: eadem ratione & vi ipſa & in impetu ſuperatos, & ſine conditione deditos *, vult enim hujuſmodi deditio licere, quod in hoſtem licet. Sed quo caſu, & præcedente, moderatio adhibenda, dictante naturali ratione, ſi parcendo victis non ſit unde metuendum ſibi victor habeat, id eſt, tuta civitas eſſe poſſit: parcendum enim his, ut iis qui voluntarie in ſervitutem convenere *. Idem de victis aliis dicendum, qui pro ætate, ſexu, conditione nocere non poſſunt, aliove modo innocentes habendi; ſed quod ęſtimare prudentiæ & arbitrio victoris, ex pręſenti & pręviſo rerum ſtatu concedendum. Facta ęſtimatione 5.

* §3 n. 2.3. 5. ſeqq.

* §29 n. 8,9

* §29, n. 6.

in

in eam partem ut nocere non poſſint, diverſum introduci hominum jure, quod eſt gentium, quamvis exempla extent plurima, vix eſt ut ipſe admittam. Sunt alia in bello quæ jure naturali licent, ſed quæ omiſſa ſanctitatis, gratiæ, miſericordiæ, clementiæ, beneficientiæ, charitatis, bonitatis, humanitatis, & quę ſimilia ſunt, virtutum merentur nomina. laudabilia, & quæ generoſos & excelſos decent animos, ſed quæ eam quam diximus facultatem non tollunt, cui exercere eandem placuerit. In res hoſtium jus victori naturale conceſſimus, dum lex nulla naturalis ſit quæ limitationem ei ſtatuat: quare eripere, capere belli jure licet corporales & incorporales, captas dominii jure ſibi habere, tenere, uti, abuti, militibus largiri, dividere, aliove modo de iis pro libitu diſponere, & alia *. Modo res excipias, quę licet in hoſtium ſint territorio, hoſtium tamen non ſunt. unde nec res hoſtiles dicendæ in hoſtili navi, cum nec navis hoſtilis ob res ſit hoſtiles, ubi diverſum conſenſu communi non placuit: ſed quæ res hoſtiles, ut capi in navi non hoſtili, ſic in territorio utrique pacato, & neutro poſſunt; & ipſæ perſonæ offendi, cum facultas in hoſtem naturalis nulli limitata territorio ſit: Quamvis territorii dominus efficere lege civili poſſit ut offenſio delictum ſit, cum eouſque perſonæ in ſuo territorio conſiſtentis extendere defenſionem poſſit, quomodo & ſubjectorum ſuorum militantium & non militantium jus in hoſtem lege civili limitare. Adde jus principis flagrante bello urbes, ædes diruere, depopulari agros, ſegetes comburere, & quæ plura inter juſtas belli artes & media ſint, quæ damnum dare adverſa-

* § 31 n. 9. § 97 n. 2.

ſario, vel cogere eum ad anguſtias & deditionem poſſint: Unde & juſtæ de redimendo circa ea jure & voluntate hoſtium exactiones, tributiones. Notandum autem inter belli jura, ſi locus ab hoſte captus, à ſociis belli puta acceſſoriis reciperetur, non ſociis, ſed parti principali hunc receptum videri: maxime ſi auxiliaris ſimpliciter alterius principis eſſet manus extra belli ſocietatem, ad hoc enim uterque militant, ut per eos injuria noſtra reparetur, damnum ſarciatur, res ablatæ reciperentur. De ſumptus modo, naturaliter ſocio debiti, conveniri nunc vulgo pacto ſolet. Si plures adverſarii uni hoſti æque principales, ſibi quiſquis acquirit.

§. XLIX. *Et pacis.*] Apud quem belli, 1.
apud eundem & pacis feriundæ jus eſt, ne ſi non ſit, manere continuo in belli ſtatu activo teneatur. bellum geritur ut pax acquiratur. Ita Saluſtius ad Cæſarem, *Sapientes pacis cauſa bellum gerunt, & laborem ſpe otii ſuſtentant.* Et Cicero, *Ita bellum ſuſcipiatur, ut nihil aliud quam pax quæſita videatur.* Sed & 2.
cum pacis ratione, poſiti in naturæ ſtatu homines in ſocietatem civilem coivere, ad principem pertinet actiones ſuas omnes ad pacem
* §14. dirigere*. Adde in ſpem æternitatis inſtitu- 3.
tas reſpublicas, quas pax ſervat, belli vis enecat. Unde jus principi pacem ineundi. Idemque de Optimatibus dicendum. Inter ho- 4.
ſtes ſi nihil expreſſe dicatur, talis contracta pax intelligitur quam leges naturæ dictant. Quando pax rupta cenſeatur ex Grotio & aliis 5.
videas. Interveniunt negotio mediatores non poteſtate ſuperiore jubente, ſed authoritate ſuadente pacem, vel quia ſua intereſt bellum non

6. non geri. De ſervanda pace idem quod de aliis conventionibus publicis & privatis dicen-
7. dum *. Quæ fidei ab extraneis obſervantia
8. promittitur, guarantia appellatur. Differunt à pace induciæ & conveniunt cum ea, dum his contractis bellum maneat; pax bellum finiat. quare quod de pace dictum trahi ad inducias nequat. belli tamen actus, offenſio, vis omnis ſub induciis ceſſant, ſed manente bello, unde & induciarum belli ſtatus. Pacem ipſi principes, inducias, ſed breviſſimas, præpoſiti bello duces in ipſa acie, vel ad deliberandum de deditione, tollendos mortuos, vel ſimilia contrahunt, armiſtitia appellant.

* § 3 n. 22 27. § 50, n. 4.

1. §. L. *Et fœderum.*] In regnis regum eſt fœdus facere, neque vero per alios fœdera injuſſu fiunt ſummæ poteſtatis: ita apud Saluſtium, *Senatus, uti par erat, decrevit, ſuo ſuique populi injuſſu nullum potuiſſe fœdus fieri.* Un-
2. de & populum jubentem obligant. Continent autem quod vel ipſa naturæ lex, hoc eſt recta inter gentes ratio dictat, fœdera improprie, cum nihil præter hominum in naturæ ſtatu officium erga ſe contineant: vel quod conſenſu prius tacito inter eaſdem placuit, quo ſenſu confirmatoria recte appellaveris, ut roboratum novo conſenſu jus ſtrictius liget: vel pro occurrente occaſione materiam recentem habent, in obligatione maxime auxilia ferendi impetito, quam Ligam defenſivam, vel impetenti, quam offenſivam appellant. jure ab utraque parte æquali, vel inæquali, quod ſupra plenius *. Unde collige privatorum non eſſe fœdus facere, qui ſub publico ſunt tutamine, nec offendendi alios jus habent: adde fœdus eſſe de re populi, de qua penes privatos diſ-

* § 23.

po-

ponendi per contractum, jus eſſe non poteſt. Igitur a ſubjectis, ſeu magiſtratibus inferioribus, injuſſu ſummæ poteſtatis percuſſa, non fœdera ſed conjurationes dicendæ. Obligatio
non firmior eſt, quam privatorum paciſcen- 3.
tium in natutæ ſtatu: ſed ut in fide hi introducto imperio, ſic in fœdere fœderati appoſita in eo coercitione, vel per compromiſſa, judicia, vel per vim continentur *. Quatenus ad ſucceſſores fœderum obligatio pertingat, ex jure & poteſtate principum magis, quam diſtinctione inter fœdera realia & perſonalia definiendum: durat autem cum rege regno pulſo, dum penes eum jus maneat imperii *.
A ſponſione differunt, quod hæc in anguſtio-
re ſignificatu accepta promiſſio ſit de re populi 4.
injuſſu populi: unde nec populum ſed ipſum promittentem ad intereſſe obligat. niſi conditionata ſponſio, *Si populus ſenſuiſſet*, vel ſimplicem ſcientia & ſilentio probaverit, quod ex actu imprimis judicandum qui referri pro-
babiliter ad aliam cauſam nequit. Laxior con- 5.
ventionis publicæ eſt ſignificatio, quod tractatum omnem complectatur, dum ſub ea pax,
fœdera, induciæ, & alia veniant *. Pri- 6.
mum in omni conventione ſalus populi eſto, in qua officium eſt imperantis *, cum ob propoſitum populo finem inſtituendi imperii, tum ob virtutem obligationis qua imperantes ſingulis tenentur; quæ cum antiquiſſima ſit & nulli teneri quam ſubjectis arctiori vinculo poſſint, (quippe conditionatum ſit imperium, conſervet, ne perdat populum *,) poſteriori aliqua vel quæ firmior ſit infirmari omnino nequit: quare qui ita pactus ſit, quod ſtare cum populi ſalute non poſſit, ſed vel ſervando perdat

* § 37 n. 7.

* § 97 n. 2

* § 23.

* § 14.

* § 94 n. 3.

dat populum non peccat ſi non ſervet, imo
peccat ſi ſervet, quamvis & peccatum dici
poſſit, quod ita pactus fuerit. ſic ex juſtiſſima
cauſa recedere a conventione, ut privata, ſic
publica licet *. Non ob utilitatem quamli- * §. 3. n. 13
bet, & ſi vel modicum, nec contemnendum §. 26. n. 8.
plane verſetur præjuditium *. Jus civile læſis
per reſtitutionem ſuccurrit ex æquitate natu- * §. 2. n. 8.
rali, principes, utpote qui ſint in naturæ ſta- §. 3. n. 10.
tu, ipſi ſibi judices ſunt, unde ex facultate
naturali ipſos ſe medio naturali reſtituunt.

1. §. LI. *Et legatorum jus habet.*] Apud quem
belli jus, & pacis, & fœderis eſt, apud eun-
dem & Legatorum ſit neceſſe eſt, ne mutui
inter principes de bello, & pace, & fœdere,
2. occaſio promtiſſima commercii deſit; dum col-
3. loquio agere, quam literis placuit. Mittunt
autem qui ſummam majeſtatem habent, nec
mittunt niſi qui habent: miſſionem credentiæ
probant. Non mittunt cives, nec deſtinantur
4. ad cives. Qui ex parte ſubditi ſunt, ex parte
non ſunt, mittunt pro ea parte qua non ſunt:
unde in bellis civilibus neceſſitas interdum
huic juri locum fecit, extra regulam; puta
cum ita diviſus eſt populus in partes, quaſi
æquales, ut dubium eſſet ab utra parte jus ſta-
ret imperii; idem cum jure admodum contro-
verſo de regni ſucceſſione duo decertant, quia
hoc eventu gens una pro tempore quaſi duæ
gentes habentur. Piratæ, & latrones inter-
dum jus legationis ex fide data nanciſcuntur.
5. Victi bello, regnoque exuti, cum aliis regni
bonis & jus legandi perdidere. Fœderati de
negotiis privatis mittunt ſinguli, de fœderis
6. juncti omnes: qui in fœdere inæquali ſunt,
quia ſui juris eſſe non deſinunt, jus etiam le-

gatorum retinuere. Pertinet & jus recipiendi legati, & non recipiendi ex ſolo territoriali
§. 31. jure *, quamvis rectius non recipietur ſi cauſa inſuper ſubſit unde lædi reſpublica poſſit, cujus rei arbitrium eſt principis, quod ad cauſas ſpeciales non coarcto: Si cauſa non ſubſit admiſſio recepta ex jure gentium, admiſſi ne violentur ex jure naturali, ob delicta ne puniantur ex jure etiam inter gentes eſt, niſi quod delictum dicetur legati officium ſpectet, quo nomine tutus ex jure naturali eſſe debet.

§. LII. *Viros militares conducit.*] Quippe 1.
defendere ſubjectos ad officium pertinet im-
* §. 48. & 14 perantis *. hinc media ad defenſionem neceſſaria procurare. defenſio omnis in vi militari eſt. nulla gens ſine armis haberi poteſt. arma ad defenſionem neceſſaria eſſe, in ipſis brutis animantibus natura teſtatur. *Dente lupus, cornu taurus petit*, & quæ plura in hanc rem ab aliis adducta. ſequitur hinc, ſummæ poteſtatis jus eſſe militem, hoc eſt viros armatos con-
ducendi. Sed & cum defenſio injuriam & vim 2.
omnem internam coerceat, ejus ſolius eſſe debet apud quem omnis eſt coactio. Sed neque privati juris eſt quod autoritate publica fieri debet. publicum quod eſt, ab ſolo impe-
rante eſt, in quo populi eſt perſona. Cives 3.
ipſos ad bellum cogendi jus, non conductos,
* §. 29. n. 11. ex imperio in perſonam habet *, & plectendi poteſtate qui jubenti non obtemperaverint.
* §. 86. n. 3. principi ſimplex debetur obedientia *. Adde hoc jus ad imperii exercitium, & ad populi ſecuritatem pertinere, & ipſos cives ad ſervandam remp. cujus ipſi ſunt membra teneri, ex lege de conſervatione ſui. Sed quod jus exerceri à principe extra caſum extremæ neceſſi-

ceſſitatis non ſolet, nec aliter quam ubi periculum; eſt ne pereat civitas, inſtituta ne periret: de ipſa autem neceſſitate ſolius principis
4. eſt arbitrium. Eoque caſu non attendi ab eo munere vacationem, optime Ærodius probat *: adde quod exemptio non naturalis, ſed
5. civilis ſit. Illud denique obſervatu maxime dignum, per conductionem proprium cujuſque principis fieri militem, unde argumentum ad imperium & alia jura colligas, de quibus deinceps dicetur.

* Rer. Jud: 10. 14.

1. §. LIII. *Ducit.*] Imperio regit: voce in latiore ſignificatu accepta, ut non ducem proprie, ſed & Imperantem ſummum, omneſque imperii actus & obedientiam à parte, ambitu ſuo complectatur. Rationem proxime dedimus, quia proprius ex conductione miles eſt, eſt autem rei propriæ propria cujuſque diſpoſitio: Sed & poſt conductionem pars multitudinis miles eſt, cui imperare ſolius majeſtatis eſt.
2. Ducit rex per ſe, Optimates per legatos: his, quia præſentes ſoli principem repreſentant, cæteri inferiores omnes, ſive toti corpori ſive parti imperent. Superveniente majore lumine
3. offuſcatur minus. Soli luna, & lunæ aſtra minora cedunt. Hinc ſummæ poteſtatis, Regis, ſeu Senatus exercitus, qui ſummum in milites imperium, particulare qua tales, tenet: non Ducis, quæ locutio quamvis uſitata frequentius, minus tamen propria eſt, & principis dignitati nonnihil apud vulgus detrahit, & gloriæ, dum duci res geſtæ, non principi adſcribantur. norunt autem ſapientiores voces nudas ab jure, & res fictas ab veris diſtinguere.
4. Refero huc jus delocandi militem, (literarum patentium vocant) quippe ad quem cura

præſidiorum, ut pars defenſionis integri, pertineat.

§. LIV. *Solvit.*] Mercedem ex conductione præſtat, ſtipendium appellatur. Sed & hinc 1.
privative obedientiam miles ei debet à quo conductus ſtipendia meret. Princeps ære militari, miles obedientia ſolvit.

§. LV. *Dimittit.*] Quia conduxit: neque 1.
vero ſtare conductioni princeps in perpetuum tenetur; ſed & ceſſante neceſſitate ærarium ſublevat, cujus ipſe dominus eſt. Tantam au-
tem copiam teneat quæ defenſioni ſufficiens ſit, 2.
ne adverſus officium ſuum, & inſtituti imperii finem, & publica commoda peccet: ſed in quo judicando fœderi magis, quam fœderatis ſingulis tribuendum *.

* §. 59. & 81. n. 5.

§. LVI. *Qui ſubalterno præſint imperio ipſe* 1.
eligit.] Qui ſummo univerſali imperio præeſt toti, is ſummo particulari non poteſt non præeſſe parti: ab eodem igitur imperia inferiora militaria omnia (ut dignitates aliæ *) promanare neceſſe eſt. Sed & cum omnibus unus præſens vacare non poſſit, poteſtates ſub ſe
conſtituit. Quod à majoribus minores habent 2.
ex indulgentia & permiſſu eſt ſupremæ pote-
ſtatis: ſic retro curritur ad principium: Ne- 3.
que vero imperantem alterius militi conſtituere principes extranei, minime vero ſubjecti,
jure ſuo poſſunt. Pertinet hoc jus ad obedien- 4.
tiam maxime, dum cujus beneficio ſint imperantes, ei ſubmiſſius pareant.

* §. 40. 41. 42.

§. LVII. *Sacramento obſtringit.*] Quæ ſer- 1.
vari religio in imperantibus fere ſolis, non
militantibus ſingulis ſolet. Obedientiæ & fi- 2.
delitatis vinculum, (quippe quos princeps conduxit, & à quo ipſi ſtipendia merentur,)

ac-

3. accedens particulari modo ad obligationem generalem in ipſa imperii inſtitutione conſen-
4. ſu introductam: unde & in milites imperium, de quo proxime dictum *. fruſtrà obedientia promittitur, ſi imperare non liceat. * §. 53.

§. LVIII. *Quiſquis deliquit ſui principis ſub-*
1. *jicitur ſeveritati.*] Non alterius: militari ſubjiciuntur judicio imperantes, & milites. *Quid enim obſtaculi eſt*, rogat Imperator *, *homines qui alicujus rei peritiam habent, de eâ re judicare?* unde & militares magiſtratus per uſum quotidianum approbati, ut & audiant lites, eaſque dirimant, & pro ſui & legis ſententia judicium faciant & juſtitiam. * L. 17. C. de jud.

1. §. LIX. *Niſi communis ſit miles.*] Qualis pacto fit de communiter habendo milite generali, quod jura ſub ſe militiam ſpectantia particularia complectitur: vel de cunctis juribus univerſali, quæ vera illa ac perfecta eſt unio * §. 24.
2. quam ſupra diximus *, cujus cum ea ſit efficacia ut jura omnia communicentur *, fieri aliter non poteſt quin & miles communis ſit. * §. 24. n. 1.
Communionis ea natura eſt, ut quæ de re particulari diſpoſitio & jus penes ſingulos, ea de re communi junctim penes omnes ſit *. Hoc * §. 81. n. 5.
jure communis militiæ commune eſt *imperium*: adde ne rei non particularis ſi particulare imperium demus, manifeſtam hoc confuſionem pariat, non ſecus atque unius imperii penes plures adminiſtratio, quorum alter alteri vel pluribus non ſubeſt *. Eodem communionis * §. 96. n. 6.
jure *ſtipendia* ex ærario communi ſolvenda. *Licentia* communis. Nova *conſcriptio* communis. Ab eodem imperante communi dignitates omnes & *functiones* militares. Eidemque *ſacramenti* fides. *Judicium* commune. naturæ enim

veræ communionis repugnat ut hæc non ſint communia. Quin tamen contra naturam pacto 3.
vel unioni adjici poſſit, ut *conſcriptio* penes paciſcentes ſingulos ſit, eoſdemque *ſolutio*, partitione per ſingulos factâ quæ ærarii communis vicem ſubeat, qui & conductos ſinguli *dimittant* quos dimittendos communiter prius placuit, nihil quidem repugno. Sed ut ſolis ſingulis *fidei ſacramentum* & obedientiæ præ- 4.
ſtetur, ſubſiſtente communione, effici omnino non poteſt: tota enim imperii vis in obedientia eſt, quam exigere poteſt nemo quam cui promiſſa eſt, itaque nullum erit imperium cui nulla promiſſa obedientia eſt. obedientia imperium præſupponit, & imperium obedientiam. Quare nec ita conveniri poteſt, *ut ſacramentum præſtetur, nec tamen commune ſit imperium*, quæ manifeſto pugnantia ſunt, & communionem evertunt, præter confuſionem, de qua ſupra *: ſacramenti præcipua virtus in imperio & obedientia ſita eſt; appoſita autem limitatio tolleret quod pactum dederat. Sed ita limitari commune imperium ex fide data communi, *ut ſingulis intra territorium debeatur dum miles ibi conſiſtat*, nihil impedit. Poſito 5.
autem ſolo imperio communi, reliqua jura conſcribendi, dimittendi, judicandi, acquiri longi temporis non interrupti patientia & exercitio poſſe, nullus dubito *. Quin etſi de 6.
communi milite vel juribus iis communiter habendis pacto nihil dictum ſit, acquiri tamen ea communiter poſſe, vel quia longo utentium conſenſu ita placuit, (unde pactum inter gentes tacitum & præſumptum) vel quia ſinguli eatenus jura propria deſeruerint, ſeu ab iis in commune receſſerint: Et ex diverſo, omni- 7.
bus

* n. 2.

* Vid. §. 3. n. 19. 20. §. 59. n. 6. 7. 8.

bus communicatis recuperari eodem modo jura particularia ab ſingulis poſſe, quaſi à priore pacto receſſum ſit, omnino perſuaſum mihi habeo, per ea quæ ſupra dicta, & infra di-
8. centur *. Cæterum quod defenſio ex pacto communis ſit, non ſtatim facit militem communem eſſe: alia enim res miles, alia defenſio eſt: à ſeparatis igitur & diverſis nulla concludens eſt argumentatio. Rectius ea procedet, miles communis, ergo defenſio communis: miles propter defenſionem eſt, qui ſi communis ſit, eſſe talis propter defenſionem communem (ut proprius propter particularem) debet, niſi communem militem propter defenſionem haberi non communem dicamus, quâ pacti interpretatione dari abſurdius nihil poteſt: at de defenſione communi pactum præſtabitur ſi proprio ſinguli milite ad eandem concurrant, manente & imperio, & jurisdictione, & aliis juribus ab aliorum diſtinctis, ſingulisque propriis, utpote quæ ſub hoc pacto non venerunt. Illud recte concedetur, ut *corpori* fœderato ad defenſionem communem miles proprius ſacramentum præſtet: ſed quod imperium non tribuat, niſi in exercitum eductus miles, vel extra territorium aliis in-
9. termiſtus conſiſtat. Et illud probabiliter inferes, quanta ad defenſionem communem copia tenenda ſit, commune magis quam ſingulorum eſſe judicium *: quamvis & ita ſtare poſſit defenſio ut cujuſque de ea re conſenſus liber
10. ſit, ne invito onus obtrudatur. Communem vero militem vel ob defenſionem communem, vel alia jura communia appellare ſi libet, licebit quidem, ſed improprie; quomodo diverſa eidem rei nomina ab efficiente, à fine, ab ob-

* §. 3. & 99. *eod.*

* §. 81. *n.* 5. 85. *n.* 7.

jecto, & aliis dari Logiſtæ docent, quæ cum omnimodâ rei naturâ, vel quod in ea eſt præcipuum non conveniunt. Si generale de noſtra 11.
communione ſit pactum, laxius hoc interpretandum: jura ſpecialia tanquam exceptiones poſitæ ſtrictiſſime habenda, quomodo & jura contra pactum ex tempore quæſita. Si de juribus quibuſdam ſpeciale, adeo quidem ſtrictiſſime habendum ut ad cætera ne quidem argumentatio, nedum extenſio valeat, dum quæ expreſſa diſertiſſime non ſint, ex juris univerſitate propria ſingulorum manent: quomodo & ſtrictiſſime habenda de quibus vel nullum pactum interceſſit, vel quæ pacto ſpeciali cum enumerata non eſſent, quæſita per præſcriptionem dicentur.

§. LX, *Monetam cudit, æſtimat.*] Diſtinctis 1.
dominiis acquirendi & transferendi inter privatos dominii media accedere neceſſe fuit, quæ derivari ab alia autoritate valide non poterant niſi à cujus dominiorum diſtinctio cæperat *. Ad hæc accommodatus nummus, celebrandis venditionibus & commerciis aptiſſimus. Valor petendus ſeu conſtituendus ab 2.
eodem fuit, qui uſum inter ſubjectos introduxerat *. materia, bonitas & valor internus & externus, ejuſdem incrementum decrementum, receptio & reprobatio ab eodem pendet. Unde & valor territorialis intra cujuſ- 3.
que principis territorium, apud exteros ob commercia receptus; quare prudentiæ eſt ita moderari valorem, ne cum exteris impedimentum commercio eſſe poſſit *. Paulus æſtimationem publicam, formam publicam appellat, cum ob valorem publicè conſtitutum, tum, quod principes plerumque propriam

* *Vid. §. 35.*

* *Vid. tit. C. d. vet. num. poteſt.*

* *Vid. L. 1. eod & Nov. Leon. ut tam veter. princip. quam recentior. numiſm. modo juſti pond. probæq. mater. ſint, valeant.*

4. priam nummo imaginem ſignent *. Unde & majeſtatem offendiſſe dicitur qui privatus monetam cuſſerit, raſerit, aliove modo adulteraverit *; involat enim in partes majeſtatis. Quiſquis jura majeſtatis arripit, incidit in crimen majeſtatis *, ſupremo obnoxius ſupplicio. quare Commodus Perennium familiarem ſuum capitis pœna affici, quod nummos publicos ſua imagine ſignaſſet *. & ob eandem rem Perſarum Rex Ariandrum Ægipti præfectum ſecuri percuti *. & quæ in hiſtoriis plura.

* *Gothofr. ad d. l.* 1.
* *Vid. tit. C. de falſ. mone.*
* §. 83.
* *Herodian. in Commod.*
* *Herodot.*

1. §. LXI. *Onera imponit ex arbitratu.*] Perſonalia, civium capitibus impoſita. *. Capitatio etiam dicta. quæ exteros non ſpectant *. Realia prædiis, poſſeſſionibusve: *mixta* perſonis propter res impoſita. Commune etiam Collectarum eſt nomen *, particulare, ubi extra ordinem indicuntur: nam ſi ordinarie, ſub tributi veniunt nomine. Perſonalium indicendorum rationem ex jure principis in perſonam pete: Cæterorum ex jure quod in dominia & poſſeſſiones privatorum habet. nullum ſubditis adeo in res poſſeſſionesve ſuas abſolutum dominium eſt, quod principis in eaſdem dominium omne excludat.* unde jus hoc ad dominium rerum eminens refertur, proprietatibus penes ſingulos manentibus. Sed & quod pecunias privati poſſident ex beneficio & liberalitate principis habent, qui nummum introduxit *: ſic aptiſſime interpreteris quod in Euangelio jubemur, *Reddere Cæſari quæ ſunt Cæſaris*, cum tamen dominium hoc privatum non ſit *, ſed ex jure regio eminens. recte Seneca. *Cum pecuniam damus principi, non de ſuo nos illi dare.*

* *L. ætatem ff de cenſib:*
* *L. 4. c. d. incol.*
* *Vid. diſtincte. Gail 2. obſ.* 52.
* §. 30.
* *Sup.* §. 60.
* *D.* §. 30. *n.* 6.

Sub

Sub deſpotico imperio, cum victis victor res poſſeſſioneſque ſingulis relinquit, habere eas & poſſidere ex liberalitate & nova quaſi facta iis diſtributione intelliguntur, dum, tenere ſibi cum potuiſſet *, non tenuit. Sed & æquiſſimam rationem communis imperanti & civibus pax & defenſio ſubminiſtrat. Quare merito ad exteros poſſeſſores extenditur, quod & lege lata Juliano placuit *, & ad ſubjectorum poſſeſſiones extra territorium conſtitutas, niſi & ibi præſtent *. Nulla vel rei, vel perſonæ noſtræ defenſio ſine pecuniarum vi eſt. appoſitè Tacitus ad hanc rem, *Neque quies gentium ſine armis, neque arma ſine ſtipendiis, neque ſtipendia ſine tributis haberi queunt.* cui ſimile eſt illud, *Ad hoc tributa præſtamus, ut propter neceſſaria militi ſtipendium præbeatur.* quo ſpectat Pauli ad Romanos monitio *. Et imperator dixit, *impoſſibile eſſe, ut ſacris tributis non illatis reſpublica conſervetur: militares namque copiæ aſſignato ſibi ſalario inde percepto, hoſtibus reſiſtunt*, & quæ ſequuntur *. *Et alibi pecunias nervos eſſe, & vim reipublicæ* *. Quanta ſuffecerint ſolus princeps arbitrabitur, ex eoque arbitratu oneribus modum ſtatuet. Igitur & extra ordinem indicet. Nec metuendum ne nimium emungat: quemque civem modeſtum, ac moderatum ea ſorte contentum eſſe oportet, qua ſe familiamque pro conditione ſua honeſte poſſit alere. ex divitiis abundantibus luxuries, otium, ignavia. ſubjectos pauperes habere ad incommodum, & infirmitatem magis ſpectat imperantium, quam qui imperantur. Si plus quam ſatis exegerit, ferendum hoc, & induſtria compenſandum. non eſt judicare ſubjecti. Conquerentes apud Solo-

2. 3. 4.

* §. 97. n. 2. §. 30. n. 9.

* Vid. Gail. 2. obſ. 52. n. 11. ſeqq.

* Gail. obſ. 53. n. ult.

* Cap. 13. 6. 7.

* Nov. 149. c. 2.

* Nov. 8. c. 10. §. 2. Nov. Leon. 52.

4. Solomonem de tributis nimiis Iſraëlitæ, nec auditi, tributa nihilominus præſtant. Secuti exemplum ſunt Chriſtiani: Apud Ambroſium eſt *, *Si tributum petit Imperator, non negamus. agri eccleſiæ ſolvunt tributum. ſi agros deſiderat Impt. poteſtatem habet vindicandorum, nemo noſtrum intervenit, tollat eos ſi libitum eſt. Imperatori non dono, ſed non nego.* Et alibi *. *Si a me peteret quod meum eſſet, id eſt fundum meum, argentum meum, jus ejuſmodi meum, me non refragaturum:* & quæ ſimilia de Chriſtianis apud Patres teſtimonia reperias. Æqualitatem ſervare in diſtribuendis oneribus, ad prudentiæ magis quæſtionem (ne murmurationes, ex iiſque motus oriantur) quam ad juris pertinere puto: rectô autem utetur arbitrio, ſi quantam poterit ſervet. *Leve eſt quod bene*, id eſt æqualiter *fertur onus*: ſervata proportione Geometrica, ut qui plus beneficii à civitate
5. habet, plus conferat civitati. Vectigalium inſuper eſt ratio, quod pati nemo invitus cogitur alium poſſeſſiones ſuas ingredi *, vel per vias publicas tranſire *, ſi qua iter vel tranſitus fit ſine impenſis domini haberi non poſſit. Generale eſt quod Hermogenianus ſcripſit, *Vectigalia ſine Imp. præcepto, neque Præſidi, neque Curatori, nequæ Curiæ conſtituere, nec præcedentia reformare, & his vel addere, vel diminuere licet* *. Uſus etiam Gabellas appellat, & ſpecies barbaras Paſſagium, Pedagium, Pontenagium finxit. Eſt & vectigal quod pro mercibus rebuſve invectis & avectis ſolvitur. res omnis natura ſua vectigali liberas eſſe, etiam Paulus reſpondit *, & hoc manifeſtum eſt.

* *Epiſt. 3*[illegible]
* *Epiſt. 33.*
* *L. 16. d. Ser. ruſt. præd.*
* §. 31.
* §. 36. *n.* 15. & *ſeqq.*
* *L. 10. ff. d. publ. & vectigal.*
* *L. 9. §.* [illegible] *eod.*

§. LXII.

§. LXII. *Pecuniæ dominus eſt.*] Ut diſponere de ea liberrime liceat, quatenus ipſe è re publica judicaverit; non quomodo proprii patrimonii, & ejus pecuniæ quæ ad rem familiarem ei conceſſa *, eſt dominus, quippe quam impendere pro arbitrio in uſum quemlibet, vel elargiri, & jactare liceat. Exigendæ pecuniæ facultas ad jus refertur majeſtatis, pecunia in fructu eſt: quæ duo minime confundenda ſunt in quæſtione de liberæ diſpoſitionis jure *. Recte uti itidem prudentiæ, non juris eſt. 1. 2. 3.

* §. 36. n. 1. 2

* §. 98. n. 6

§. LXIII. *Sacra regit ut profana externa, & lege divina non definita: hinc perſonas, res, actiones; diſtinctim ab Chriſti imperio.*] Convenientias inter diverſas ſpecies agnoſce. *Sacra omnia* EXTERNA, *ut profana, imperio humano regi. Profana omnia* INTERNA, *ut ſacra, eo imperio eximi. In utriuſque ſpeciei externis primo ſpectari, utrumne in partem aliquam naturæ lege vel divinâ* DEFINITA *ſint. Prior* convenientia probatur ex poteſtate generali quam imperii initio tribuit ſubmiſſio generalis *. Etenim cum ſacra omnia externa (quæ & religio externa) in ſtatu naturæ nihil minus atque ea quæ ad religionem nihil pertinerent, privati juris atque diſpoſitionis eſſent *, transferri de iis imperium potuit, & tranſlatum eſt, dum quod ordinem & imperium ſpectet nihil exceptum ſit: qui enim exceptum tale quid dicet, reſervaſſe ſibi ſingulos dicet, ſic juris privati erit atque iterum penes eos qui transferre potuere, & quos tranſtuliſſe jam manifeſtum eſt, dum ut penes privatos ſit inſtituti imperii finis intentus, ordo nempe, impediat, & ei contraria confuſio vitetur, quæ reſervato aliquo im- 1.

* §. 17.

* §. 80. n. 2

imperii jure privatis manet: igitur cum penes imperantem aliquem ſit, ſequitur penes *ſummum* eſſe, nam quæ inferiores, ei ſubſunt, collateralitatem & hic jam, & alibi improbamus *. Adde argumenta ab officio imperan- * *Infr: n.* 14.
tis (a) à fine imperii, ab unitate civitatis & *& §* 18. *n.* 3.
eccleſiæ (b). adde ſacram auctoritatem, & 4. § 96. *p. tot:*
humana teſtimonia, quæ omnia ſub externis *a* § 13. 14. 65. *n.* 4.
2. ſpecialibus plenius apparebunt. Inter ſacra ex- *b* § 65. *n.* 5.
terna autem manifeſtò *perſonas* cernis *: ne- § 68. *n.* 17. * *Add.* §. 29.
que enim illæ inter interna veniunt, quod divi Apoſtoli probat locus *, quo *omnem ani-* * *Rom.* 13. 1.
mam poteſtatibus supereminentibus *ſubjectam* *ſeqq.*
eſſe voluit, nec tantum ſubjectam, ſed preces fundere ſpeciales pro *Regibus & quibuſvis in eminentia conſtitutis*, etiam inimicis tunc eccleſiæ, *ut eorum ſubjecti vitam tranquillam ac quietam, in omni pietate & veneratione degant* *; * 1 *Tim.* 2. 1. 2.
notum eſt, orationem de perſonis univerſalem & indefinitam nullas excipere: prior locus ad Romanos fideles eſt, poſterior ad Timotheum Epheſi Epiſcopum, uterque ſcriptus cum eccleſia ſub gentili & tyranni eſſet imperio. Et iterum ab Titum in Creta à Paulo relictum, Admonere illos *poteſtatibus ſubjectos eſſe, & obtemperare iis* *. Et Petrus electos ex * *Tit.* 3 1.
præcognitione Dei patris per Pontum, Galatiam, Cappadociam, Aſiam, Bithyniam diſperſos monet, ut *ſubjecti ſint cuivis ordinationi humanæ*, ſive Regi ut ſupereminenti, etiam gentili * & tunc peſſimo, ſive præſidibus per * 1 *Pet.* 2.
eum miſſis, *propter dominum* (quia ea voluntas, 31. 14. 15.
id eſt, imperii ordo fuit Domini, eſt enim Deus ordinis) unde qui reſiſtit iis, & ordinationi divinæ reſiſtere dicatur. Ad Pauli * *Rom. ibid.*
locum * notat vir ſanctiſſimus * non de plebe * *Chriſoſt.*
ſin-

ſingulos, ſed & *Apoſtolos* , *Euangeliſtas* , *Prophetas* , *Presbyteros* , *Monachos* comprehendi, ut ſacri ordinis viris venerabilibus effugii locus non pateat. Optime Bernardus *, *Si OMNIS & VESTRA*, *quis vos ab univerſitate excepit? ſi quis tentat excipere*, *tentat decipere.* Objicit eundem Pauli locum poteſtati ſe ſubtrahentibus Donatiſtis Auguſtinus pater, ſubjicit autem, *Delete iſta*, *ſi poteſtis.* Qui delere velint, itaque poteſtati ſe ſubtrahere, hoc cogitent, defenſioni etiam & beneficio ſe ſubtrahere imperantis *. Gelaſii Papæ dictum eſt ad imperatorem, *Legibus tuis ipſi quoque pareant religionis Antiſtites.* & Juſtinianus Pontici tractus vicario etiam Sacerdotes ſubjicit *. Leo Imperator jam prius conſtituerat, ut clerici apud ſolum præfectum prætorio conveniantur *. Et ipſe Chriſtus ad diſcipulos, *Sedent ſuper Cathedram Moſis*, *Scribæ & Phariſæi*, *omnia quæ dixerint vobis ſervate*, *& facite* *. obedientiam nempe jubet. Quid quod & ſubjectum ſe poteſtati, etiam infideli, non ſemel ipſe profeſſus ſit? Sic regi hodieque *eccleſia* ab Imperatoribus, etiam diſſentientibus & infidelibus, rectè dicetur. (eſt enim eccleſia nihil aliud, quam multitudo in eandem fidem conſentientium, * nullo ſexus diſcrimine. ſic propriè fidei *profeſſos* complectitur ſive ſimulatos, quos hypocritas ſpeciali nomine appellant, vel inter hos *electos* tantum, modo non ut tales accipias: laxior autem ſignificatio eſt, qua *baptizati*, apud Judæos circumciſi omnes, ſinguli, & univerſi: arctior, qua fideles *cujuſque civitatis* veniunt.) neque enim pater minus familiam ſuam, dominus ſervos regit, licet ipſe infidelis ſit: à religione, Ju-

* *Ad Senon. Epiſc. epiſt.* 41.

* §. 37. *n.* 1.

* *Edict.* 8. *cap.* 1.

* *Theod. Lector. hiſt. Eccleſ. lib.* I. *p.* 553. *fin.*

* *Matth.* 27. 2.

* §. 65. *n.* 12. §. 68. *n.* 3.

Judaiſmo & gentiliſmo, Chriſtiani facti receſſerant, à Principibus ſe non ſubduxerant, imo ne potuere *, dum conſenſus atque adeo ſubjectio maneret, & in territorio conſiſterent *: quin ſi principi infideli negemus, neceſſe eſt ſimul atque fidem amplexus novam poteſtatem conſequi. fides vero non eſt acquirendi imperii cauſa. Regit & eccleſiam princeps Chriſtianus qua *congregata* accipitur, & perſonæ unius vicem ſuſtinet *: eſt enim tunc eccleſia non cœtus & multitudo diſſoluta in eandem fidem conſentiens, ſed ſocietas, etiam civilis, corpus civile, & politicum, & auctoritate ac vi publica roboratum, quam ei civitas accommodat, & in eadem cum cæteris collegiis & corporibus conditione. quo ſenſu in territorio ſuo Rex caput eccleſiæ. Congregatos ſi non regat, non jus imperantis ſed voluntas deficit: potuit enim, utcunque infidelis, permiſſis congregationibus modum, locum, tempus, numerum, & alia præſcribere, quæ Principes etiam Chriſtiani eccleſiis diſſentientibus præſcripſere, prout tolerare, permittere liberius, vel circumſcribere reſtrictius videretur *, non alio jure quam quod eccleſia in republica, & ipſi capita, & imperantes, ut reipublicæ ſic eccleſiæ eſſent *: ſed quæ negligere fere infidelibus placuit, dum totam religionem Chriſtianam infra ſuas curas haberent. Ex veteri teſtamento res æque manifeſta eſt. *Abraham* præcepturus dicitur familiæ ſuæ *. *Moſes* ipſi Aaroni (a) magis autem populo vice Dei conſtituitur. Ipſe populus ſe ei ſubjecit *. Non Aaron, non filii ipſius, non ſeniores è populo, ſolus Moſes ad Deum vocatus adſcendit, ſolus populum, & Aaronem

* §. 68. *n.* 2. 3.
* §. 31. *n.* 1.
* §. 71. *n.* 1.
* §. 64. *n.* 7. *verſ. tolerantes &c.*
* §. 65. *n.* 5. § 77.
* *Gen.* 18. 18.
a *Exod.* 4. 16 & 7. 1.
* *Exod.* 20. 19.

Ad *actiones* quod attinet, audi Populum Iſ-
raeliticum, *Tu accedas*, ſupple Moſes, *& audi*
cuncta quæ dixerit Dominus Deus noſter tibi. &
tu loquere ad nos, audientes tibi faciemus ea *. * *Deutr.* 5. 33
& ad Joſuam, *Omnia quæ præceperis nobis facie-*
mus, & quocunque miſeris, ibimus: ſicut obe-
divimus in cunctis Moſi, ita obediemus & tibi *. *1 *Joſ.* 1. 16. 17.
qui contradixerit ori tuo, & non obedierit cunctis * *Verſ.* 18.
ſermonibus quos præceperis ei, moriatur *. Sub- *eod.*
jicit actiones Apoſtolus * (utique non contrà * *Tit.* 2. 9.
legem naturalem, vel divinam poſitivam) *Col.* 3. 22.
cum obedire jubet in *omnibus*: & alibi * *mali* * *Rom.* 13. 3.
vindicem ſupremas poteſtates conſtituit. prior 4. 1 *Petr.* 2. 14.
locus actiones imperatas reſpicit; alter prohi-
bitas, adde voluntarias. uterque ad actiones, &
malum circa ſacra nihil minus, atque profana
extenditur. neque generalitas excipi actiones
circa ſacra miniſtrorum patitur. *miniſter enim*
cum baptiſmo tingit, cum ſalutari ſacramento
alit, cum cenſuræ aculeos in contumaces exſerit,
cum doctrinæ radiis illuminat, omnia hæc facit
magiſtratui ſubjectus, ab eoque dependens; ver-
ba Riveti ſunt *. Ita ſub actionibus & *verba* * *Ad Decal.*
veniunt *. De *circumſtantiis* minus dubium *p.* 265.
eſſe debet *, quæ ad eſſentiam actionum nihil * §. 33. *n.* 1.
quidem faciunt, ſed externe iis accedunt, & *L.* 3. §. 3. *d.* *ſum. Trin.*
4 adeſſe & abeſſe poſſunt ſine actionis vitio. De *L.* 8. *d. Hæerit.*
rebus ſacris, & earum ordinatione, aliena- §. 5. *Nov.* 42.
tione conſtitutiones imperatorum plurimas in *c.* 3. §. 1.
5 Codice & Novellis reperias. *Altera* conve- * §. 64. *n.* 7.
nientia. *prophana omnia INTERNA, ut ſacra, im-*
perio eximi, ex eo probatur, quod ſentiendi
quod volet adimere ſibi libertatem nemo
poſſit, ne qui liberrimus eſſe debet rationis
uſus impediatur, ſimulque obſervare quis le-
gem naturalem prohibeatur, quæ in ſolo con-

ſiſtit dictamine rationis. Sed & actiones inter-
nas ſub humano non cadere imperio ex ſupra-
* §. 33. n. 2. dictis conſtat *. ita de utriuſque ſpeciei in-
ternis dictum, *Mentem ſui juris eſſe. Cogita-*
* 2 Cor. 21. *tiones liberas*. de ſacris dictum ſpeciale, *Fi-*
24. Actor. 14. *dem ſuadendam non imperandam eſſe* *. ſola
22. *Cap. de* enim fides ad ſacra interna refertur, & pri-
Judæis diſt. 45. c. 23. q. vati cujuſque hominis dicitur * & judicii,
5. *cap.* 33. * §. 70. n. 2c. nullius ſubjecta imperio *. quod idem atque
* §. 67. n. 6. eccleſiam inviſibilem humano imperio non
§. 69. n. 10. ſubjici, ita dictam, à fide & ſanctitate cre-
dentium internâ quæ ab hominibus videri ne-
quit, quare nec ſub conſenſu vel pacto venire.
Cum tamen actiones internæ regantur, ne- 6.
ceſſe eſt eæ Dei, & Chriſti imperio ſeu regno
reſervatæ ſpeciales ſint. Quomodo enim in-
teriora hominum conſpicit, eaque in ipſius
notitiam cadunt, ita & regit; mentes, co-
gitationes, animum, cor hominis diſponit,
quæ omnia in manu & ſub imperio ſuo, re-
* *Prov.* 21. 1. gum * æquè, ut privatorum ſunt. Ipſe licet
in cœlis, præſens tamen in eccleſia ſpiritua-
* 1 *Cor.* 5. 3. 4. 5. liter eſt *, & internè ſingulos vi ſpiritus ſui
gubernat: quod imperium propriè ſpirituale
* *Conf.* §. 68. eſt *, conſcientias obligans, Deo proprium.
n. 13. *med.* Ad partem imperii Chriſti legiſlativam in ter- 7.
* *add.* §. 68. n. 16. ris quod attinet *, certè ut legem veterem
§. 92. n. 4 Hebræorum ritualem abrogare, ita Chriſtia-
nis omnibus, eccleſiis ſingulis & univerſæ
per totum terrarum orbem diſperſæ novas
condere, poteſtatem ei non defuiſſe videri
poteſt: rectius autem dicemus legem natura-
lem vi poteſtatis legiſlativæ, quippe à qua de-
* § 27. n. 8. rogatoria petenda eſt *, non abrogaſſe, ſed cum
ipſe jam advenerit abrogatam pronunciaſſe.
Sed neque ut mediator, ſalvator, doctor, in-
ter-

terpres legum, abrogandæ vel condendæ legis jus habuit. Aliud autem probabilius argumentum eſt, quod fidelibus ſingulis magiſter, dominus, caput * totius corporis eſſet eccleſiæ, at minime veri fideles, qui non omni obedientiæ promptitudine jubenti magiſtro, domino ſe devoverent, unde ſingulis iis, & univerſis lex eſſe debuit quicquid proponere & velle ei placuiſſet. Sed & cum natura divina ſeparata ab ipſo in terris non eſſet, jubere ut Deus quidlibet potuit. Utrum vero novas plane tulerit, alia quæſtio eſt. Pleniorem ac perfectiorem in Euangelio à nobis obedientiam ac ſanctimoniam præcepiſſe, atque lex naturalis, & Moſis præceperat, vix eſt ut cum natura obedientiæ conveniat, quippe quæ omnibus ſuis numeris perfecta eſſe debet, quamquam ad alia & plura hortetur, quæ dilectum maxime, charitatem, & patientiam ſpe-

* §. 68. n. 9.

8. ctant *. Reliquum quod in terris expedivit Chriſtus ad imperium non pertinet *: fuit enim hoc viam mortalibus aperire ad ſalutem, hoc eſt vitam æternam, doctrinâ ſuâ, & morte. Docuit enim eſſe ſe, & adveniſſe Chriſtum, Meſſiam, Dei patris filium, verum Deum, verum hominem, redemptorem humani generis, qualem prophetæ prædixerant, reſurrectionem, adſcenſionem ad cœlum, regni adventum, quibus tota ferè, ſi non omnis fidei ſalvivicæ doctrina continetur, cujus, licet propriæ lex non ſit, eadem cum lege vis eſt, ut leviter eam habere vel contemptui ſine gravi peccato non liceat. Morte ſua à peccatis nos redemit, cum ſciret viam in Chriſto nemini patere ad ſalutem, niſi quorum peccata à

* §. 3. n. 7.
* §. 68. n. 2.

9. Chriſto ſublata eſſent. Cæterum poſtremo ſe

* Vid: Matth 16. 27. venturum die *, vivos judicaturum & mortuos, alios cum æterna promiſſi præmii exhibitione, alios cum æterna traditione Satanæ, inſignis nota juriſdictionis eſt. ecce Chriſti imperium. Diſtincta igitur ſunt imperia, quorum alterum circa hominem externum, ejuſdemque actiones externas; alterum circa actiones internas, totumque hominem internum occupatur: minime autem confundenda, ut plurima quæ hic moveri ſolent, exinde dubia præcidantur. *Tertia* convenientia, qua quæ DEFINITA *lege naturali vel divina non ſint, ſacra nihil minus atque profana externa, humano ſubjici imperio; definita eadem externa, profana* * *& ſacra* *, *eodem eximi imperio* diximus, probata alibi eſt. Sed quæ etiam ad præſcriptum ordinem & modum pertinent, quo leges Hebræorum rituales omnes circa ſacra & profana ſpectant. Adde, quod magis, uſque adeo principum arbitrio definita eximi ut ipſa imperio neceſſitatem ponant, ſic ut ad officium præciſè ſpectet ſummæ poteſtatis facere, curare imperio ſuo ea omnia, quæ verbo divino à Deo juſſa, præſcripta, definita ſint; in his enim executionis neceſſitas ſummæ poteſtati præciſa incumbit: niſi qua forte recedendi à definitis exceptionem juſta neceſſitas præbuit, Hiskiæ & Davidis exemplo *. Omne verò circa ſacra & profana imperium hominis civile, ſeculare ſeu temporale dicitur *, nihil enim in hoc mundo quod perpetuum ac æternum eſt, nec religio, nec circa eandem imperium, quod ſpirituale minus propriè appellant, niſi quatenus circa ſpiritualia & myſteria fidei occupatur *, quæ ſub imperii partibus, juriſdictione & legiſlatione plenius, nam & juriſdictio civilis

10. 11. 12.

* §. 33. n. 5. §. 93. n. 6. * 65. n. 18.

* 2 Chron: 29. 34. 1 Sam. 21 4. ſeqq.

* §. 67. n. 5.

* §. 67. n. 8. fin.

vilis *, legiſlatio civilis *, improprie eccle- * d. n. 5. 8. eod.
13. ſiaſtica eſt. Ex his itaque convenientiis, & * Ibid.
generali circa ſacra imperio ſummis poteſtatibus paſtorum, miniſtrorum, præconum Dei, Epiſcoporum, Pontificum, Sacerdotum nomina, & Apoſtolica qualitas, cuſtodes utriuſque tabulæ legis, nutricii, defenſores eccleſiæ. Conſtantinus religionis ac fidei author dictus, atque ipſe in oratione ad Epiſcopos, & alibi ſimul Imperatorem, & conſervum ſe Epiſcoporum appellat: Euſebius * commu- * Vid. Conſt. 1. c. 44.
nem à Deo Epiſcopum conſtitutum, quod omnium ſub ditione ſua eccleſiarum interpretor. Ab imperio Carolus Magnus verę religionis rector: eccleſia navis univerſalis cujus gubernacula imperatori à Deo ſunt concredita. Ipſi Principes ſuæ cujuſque eccleſiæ capita *. Et * §. 68. n. 9.
14. laudatum ſæpius eſt Socratis dictum, *Ex quo Imperatores Chriſtiani eſſe cœperunt, res eccleſiaſticas ab ipſis pependiſſe.* Ad hæc plurimę pertinent doctorum generales ſententię, in quibus colligendis alii opus abſumpſere, rectius autem à nobis omittentur, cum in ea maximè valeant quęſtione, utrum ſummę poteſtates jus aliquod, non quale habeant: poſterius prius complectitur. Adde ullam vix ſententiam eſſe quę non à volentibus in alteram poſſit partem trahi, vel interpretationem diſſentientem pati: aliud enim eſt è textu aliquo jus ipſum ſummæ poteſtati adſcribere munera eccleſiaſtiça diſtribuendi, juris-dicendi, leges-ferendi, ſacra interpretandi, judicandi, & alia; aliud verò curandi, vel imperandi ut hæc omnia rectè, ordine, piè, decenter, ad ædificationem, ab aliis, eccleſiaſticis puta, exerceantur, fiant: cum tamen & hic

ſtatim in limine oriatur quæſtio, utrum præ-
ſcriptus ordo legi divinæ congruat, cujus ip-
ſum judicium definitivum qui eccleſiaſtici or-
dinis Viris concedit, ſummæ poteſtati nihil
relinquit, poteſtatem conceſſam generalem
exhaurit, ſupermanente inani nomine. Sed 15.
& qua *Summa* eſt, circa ſacra poteſtas, ſupe-
* §. 18. n. 4. riorem vel collateralem non patitur *; ne ſi
prius demus, ea quam ſummam dicimus, non
ſit ſumma; ſi collateralem, duæ ſint poteſtates
ſummæ, quæ contraria velle eodem tempore
poſſint: unde confuſum imperium, nulli
* §. 95. 96. obedientia, quod infra plenius *.

§. LXIV. *Religionem publicam facit quamli-
bet.*] Publicum omne a poteſtate publica & 1.
externum eſt. Illud autem præmonendum, 2.
primam circa ſacra Imperantis curam eſſe ut
de formanda ac ſtabilienda religione, etiam
publicâ cogitet, quo ſubditi de Deo, ejuſque
omnipotentia, juſtitia, ſeveritate juſta, mi-
ſericordia, gratia, aliiſque noſtro bono, vel
malo, & in utroque æternitate maxime, opi-
nionem publica auctoritate roboratam magis
magiſque habentes, vitam piè, honeſteque
ducant, principibus per omnia obedientiores:
plurimum enim ad obedientiam, pacem, &
imperii tranquillitatem religio, maxime pub-
lice roborata, quantumvis falſa, confert: dum
ex ea diſcant ſubditi & Deum revereri; &
* *Adde* §17. *n.* 4. non temnere divos, quorum ſciant poteſta-
tem à Deo eſſe, Reges Dei vicarios *, unc-
* *Pſalm*: 82. 1. 6. & 95. 3. *Exod*: 4. 16. & *cap*: 7. 1. *c.* 21. 6. *c.* 22. 8. 23. tos, Chriſtos, & ipſos Deos * ex vicaria po-
teſtate, Deum reverentes recepta publice
religione: ſed & pacta imprimis ut diſcant
pie ſanctéque ſervare, per quæ imperium, ipſa-
que reſpublica ſervetur, quippe a pactis cum
ini-

initium & forma ſit imperii *, ſtare ſine iis * § 17. & 22
nulla reſpublica poſſit. Quare merito religio
in regimine politico locum primarium teneat:
hinc ſollicita Theodoſii & Valentiniani cura,
Decere arbitramur noſtrum imperium, ſubditos * *L. 3. d. ſumm.*
noſtros de religione commonefacere *. Similia de *trinit.*
Conſtantino paſſim, & aliis Imperatoribus
in Euſebio, Socrate, Sozomeno, Theodo-
reto, Evagrio *. Sed an publicæ exercitium * *Adde* § 14
adeo neceſſarium ſit, ut conſiſtere ſine eo im- *n.* 1.
perium, obedientiam civilem, & ordinem
3. non poſſe putemus, alia quæſtio eſt. *Publi-*
cam facit religionem, cum nihil non in na-
turæ ſtatu privatum eſſet. Publicum quicquid
4. dicitur cum imperio cœpit: publicum igitur
hoc eſt, quod ab authoritate imperantis eſt *, * § 69. *n.* 2.
populi perſona (unde publici nomen) in ſolo § 65. *n.* 1.
imperante eſt. ſine imperante non populus,
turba confuſa & multitudo eſt*. *Publica* hinc eſt * § 25. *n.* 6.
5. religio qua à ſumma poteſtate pendet. Sed &
6. publicum quod in religione eſt, externum dixi-
mus: Unde & religio *Externa*. Sola fides religio * § 63. *n.* 5.
interna eſt, unde & religio *privata* dicitur *.
quod publicum igitur in religione eſt, arripe-
re non eſt ſubditorum, quin imo in læſæ ma-
jeſtatis crimen incidit, cum quod attrectet jus
7. ſit majeſtatis *. fides privati juris eſt. Ad pu-
blicam refer primario arbitrium, qualem exer-
ceri princeps ſub præſidio ſuo & in terris ſuis
velit, electio libera eſt.*hoc eſt quod religio-
nem *publicam* facere *quamlibet* diximus. Cui
proximum jus eſt, ſubditum neminem in ter-
ritorium niſi religionis publicæ profeſſum ad-
mittendi. *Cunctos populos, quos clementiæ noſ-*
træ regit imperium, in tali volumus religione
verſari, quam D. Petrum Apoſtolum tradidiſſe
Romanis religio uſque adhuc ab ipſo inſinuata de-

clarat, quamque Damaſum (eo tempore Romanæ urbis Epiſcopum) *& Petrum Alexandriæ ſequi claret.* ea ſola catholica diceretur. Qui diſſentirent, heratici nominarentur: quę Imperatorum Gratiani, Theodoſii, & Valentiniani lex eſt *: quam de religione externa intellige. Pertinent etiam ad generale de religione publica imperium ea imprimis jura quæ proſequuturi §§. *ſeqq.* ſpecialius ſumus *: Dum propria hujus paragraphi materia ſit, alias religionis publicæ partes obſervaſſe: Quales ſunt Apud principem (qui religionem publicam elegit) electæ tuendæ, defendendæ, conſervandæ; reſtituendæ; mutandæ *; ejuſdem corruptæ, depravatæ, & alienæ, delendæ, refrenandæ, puniendæ *; ejuſdem permittendæ, tolerandæ, legibuſque circumſcribendæ * jura, ut partes integri conſiſtere. Refer etiam ea quę cultum Dei externum, & ritus ſacros ſpectent, & ordinem & regimen eccleſiæ. Quid an Epiſcopi cum eminentia eccleſiis præſint, an paſtores ſimpliciter miniſtrent? Quid an præsbyteri aſſideant? Quid diaconi, diaconiſſæ adminiculentur, perpetua vel temporaria ſit functio? Quid an tectus paſtor vel detectus concionetur? Quid an ex formulari preces recitet? Quid dum recitentur in genua procumbant, ſtent, vel ſedeant ſinguli? & quæ ejus generis plura. Quid Epiſcopum, Paſtorem eligendi modus, quis, qualis eligendus? Quid ætas, mores, ordo, numerus, habitus? Quid infinitæ aliæ Epiſcopis, Præsbyteris, Diaconis, Lectoribus, eorumque functioni & exercitio præſcriptæ leges? Quid precum, quid jejunii indictio? Nihil profecto teſtamenti factio. Templa, do-

* *L. 1. d. S. S. Trin. Sozom: lib. 7. c. 4.*

* §§. 65. 66. *& ſeqq: uſq:* 81.

* § 68. *n.* 5. *fin.* § 70 *n.* 21.

* § 67. *n.* 2.

* § 63. *n.* 2. *verſ. congregatos.*

mus

mus publicæ, locus, tempus religionis exercendæ ad internam non faciunt. Quare publica hæc omnia, & ab imperante ſummo pendent, ejuſdemque libero commiſſa arbitrio: dum ita ſe temperet, ut ab actu imperato ſuperſtitio abſit, nec talis qui natura * ſua turpis, vel inhoneſtus, vel in ſignum magis contumeliæ, quam honoris & cultus adhibitus videri poſſit, vel generaliter in partem diverſam lege naturali, vel divina poſitivâ determinatus ſit, ut & ſupra monuimus *. Adde publica eſſe miniſtrorum privilegia. Publica eſſe ſtipendia dum ex ærario penduntur publico, quæ & augere & minuere princeps, niſi ſtipulatio acceſſerit quę utrique paciſcenti legem ſtatuat ex naturali vinculo. Neque vero decimæ pręſtatio neceſſaria, cum moralitatis in ſe nihil habeat, vel ex jure divino ſit univer-
8. ſali, quod ad omnes gentes pertineat. Sit igitur regula, *Publicam dici religionem qua à ſumma poteſtate pendet*: & *ab ea pendere neceſſario qua publica.*

* Vid. § 34
* § Præced. n. 11.

§. LXV. *Qui religionem doceant, ſacram faciant functionem, miniſtros publicos conſti-*
1. *tuit.*] Ad ſequentes religionis publicę ſeu externę, & circa eandem juris & imperii partes ſingulares accedimus. Sub cultu Dei naturali ſacra facere cuivis licuit, jure naturali *: ſed quo munere, ob cultus diverſitatem & confuſionem vitandam, patres in familia ſua, ut puſilla quadam republica, auctoritate privata functos fuiſſe *, omnino veriſimile eſt, & probatis ſcriptoribus creditum. Publica miniſteria in naturę ſtatu vel ſub cultu Dei naturali nulla erant *: publicum igitur quod hodie ſit miniſterium ab eo procedit, cui jus

* § 69. n. 3. §. 80. n. 1.3.
* § 80. n. 4.
* § 64. n. 3.

eſt

eſt auctoritate ſua publicum facere. electionis *confirmationem* appellant, cum ſumma poteſtas ei robur juſque publicum accommodat, electos in miniſterio, qua tales, defenſione publica tuetur, ſtipendia è publico aſſignat, juribus, immunitatibus, privilegiis decorat. De ipſa *electione* magis dubitatum: differre enim electionem ab eo actu quo electus jam ad functionem ſub publico præſidio & tutamine exercendam ſuſcipitur, per ſe patet. Sed nec ipſam principi Chriſtiano electionem negandam rationibus probatur. Quippe cum ſingulis in naturę ſtatu ſacra Deo faciendi non jus tantum, ſed pręceptum eſſet *, certè eligere aliquem qui faceret, cum judicium ſuperius non agnoſcerent, jus penes omnes fuit: jus autem multitudinis cum in imperantem translatum ſit, ſequitur & hoc tranſlatum eſſe, atque adeo Summam poteſtatem per juris tranſlationem eligendi jus accepiſſe, quod prius omnium fuit; transferri autem potuit, dum ad religionem externam ſpectet. Adde lege 3.
nulla ſuperiore prohibitiva, vel poteſtatis definitiva ſeu juris circumſcriptiva principem ab eo jure arceri: lex enim oportet divina ſit, quam reperire non eſt in ſacro codice. eſt autem regula, *Quod prohibitum non eſt, permiſſum cenſeri.* & alia æque veriſſima, *In iis quæ lege naturali vel divina definita non ſunt, liberam principis diſpoſitionem & actionem eſſe* *, licet etiam actio jure naturali aliis competat: quod exemplo, inter alia, patris familias illuſtratur, cui jus ſit liberis ſuis præceptorem eligendi, ſed mutabiliter, ut & ſummæ poteſtati jus ſit imperio ſuo tales conſtituendi extra quos uti aliis non liceat. Sed & patrum fa- 4.
milias

* §80. n. 2. 3.

* *Vid:* §70. n. 4. §. 71. n. 1. § 92. n. 10 § 93. 94. pr.

milias cura cum ſit liberorum ſaluti proſpi-
ciendi, eâdem, nec vero minore neceſſitate
principum (qui ſubditorum ſuorum & patriæ
patres aptiſſimo nomine dicti) cura præcipua
& officium eſſe debet *, eorundem ſaluti æ- * § 13. 14.
ternę proſpiciendi: neque vero quod dictum * *Gen:* 18. 19.
olim Abrahamo eſt *, *præcipere filiis ſuis, &*
domui ſuæ, ut cuſtodiant viam domini, & judi-
cium faciant, & juſtitiam, dictum minus ho-
die ſummis poteſtatibus puto. Vulgaris nota
eſt ad memoratum ſupra Pauli locum *, præ * 1 *Tim:* 2.
cipuum officium imperantis eſſe ita ſubditos
regere, ut vitam in honeſtate non tantum, ſed
& *pietate* degant *, quæ via ad ſalutem eſt * § 14. *n.* 2.
æternam. Si idonei minus, vel infidi præpo-
ſiti fuerint, qui non dirigant in viam juſtitiæ,
qui pietatem, religionem veram non do-
ceant, ad ipſos principes culpa pertinebit,
qui familiæ ſuæ minus diligenter proſpexere,
unde ad Principem, *Alios ſic iis præfice rebus*
quas ipſe non geris, ut tibi adſcribendum ſcias,
quicquid illi fecerint. Ipſe igitur non alius doc-
tores eliget *, pios, fidos, judicio ſuo ido- * *Adde* §
neos, ne alii de verâ religione, de doctrina 42. *n.* 2.
boni & mali in republica, quod ſequelam ha-
bet pacis publicæ, in alterius territorio de-
mus judicium, * quod infra ſoli Principi aſſe- * § 69. 70.
remus, vel culpa futura ejus ſit cujus factum *adde* § 34.
non eſſet. ad quem periculum navis pertinet
is magiſtrum præponit *. Regis igitur inter- * *Adde* § 63.
eſt quis eccleſiam intra ſuam provinciam ad- *n.* 13.
miniſtret *. Sed & cujus finem eſt procurare, * *Covar: c.*
jus eidem deeſſe ad media non debet quibus *poſſeſſor: p.* 2.
5. ad finem perveniatur *. Sub principe Chri- § 10. *n.* 5.
ſtiano qui ſubjectos omnes Chriſtianos habet, * § 6. § 81. *n.* 2.
eadem res civitas, eadem eccleſia eſt *, ſolâ * § 68. *n.* 17.
con-

conſideratâ qualitatum diverſitate: civitas
quâ homines cives complectitur, eccleſia quâ
eoſdem fideles. Adde ſi non tota ſit civitas
Chriſtiana, eccleſiam eſſe multitudinem cre-
dentium in republica * quo ſenſu & pro civi-
tate dicitur: ſic quod Lucas conſtitutos præſ-
byteros *per eccleſias* *, Paulus *per civitates*
dixit *, locutione apud rhetores notiſſimâ.
Cui itaque commiſſa cura civitatis cum pote-
ſtate eſt, eidem & eccleſiæ *, ut militiæ, &
juſtitiæ, quæ & ipſæ ſunt in republica, eſſe
debet: atque adeo eidem munerum omnium
aſſignationes, tum in profanis, juſtitiâ & mi-
litiâ, ut in ſacris, conſequenter miniſtrorum,
de quibus loquimur, electiones pari ratione
concedendæ: quomodo & pater in familia,
quam puſillam diximus rempublicam, func-
tionem quamlibet cuilibet committit. Proce-
dit imprimis, ſi ut olim, ita & nunc ſacer- 6.
dotio fungi ipſis Regibus liceat *, quippe
quam functionem ſubire ipſi in civitate poſſint,
eandem & aliis rectè aſſignent. Quid quod 7.
functionis aſſignatio ad religionem internam
nihil pertineat? His fundamentis infinita ni- 8.
tuntur electorum ab ipſis Imperatoribus, Re-
gibus, Principibus Chriſtianis & fidelibus,
cum ſub *Vetere*, tum *Novo* fœdere exempla.
Sane Aaronem Pontificem ab ipſo Moſe in ſa-
cerdotio conſtitutum, & ſacratum, ex ipſo
textu ſatis manifeſtum videri debet *: à Deo
quidem ad hoc munus prius vocatum; quod
ipſi hodieque eccleſiæ miniſtri publicè pro-
teſtantur. Idem Eleazarum conſtituit, veſti-
buſque ſacerdotalibus induit *. David poſte-
ros Aäronis, reliquoſque Levitas ad ſe con-
vocaſſe legitur, atque ex illis ſelegiſſe * Abia-
tharem

* §77.
* *Actor:* 14. 23.
* *Tit:* 1. 5.
* §70.*n.* 24.
* §80.
* *Exod: c.*28. 41. *c.* 29. *c.* 40.*n.*12. *Lev:* 8.
* *Num:* 20. 28. *Levit:* 8.
* 1 *Chro:* 15. 1. *& ſeqq.*

tharem nempe, Sacerdotem ſummum, & Sadocum primarium ex ſecundariis, ut hic Silunte ad tabernaculum, ille vero Hieroſolymis ad arcam eſſet: ex Levitis Vrielem, Haſaiam, Joëlem, Schemaiam, Elielem, Haminadabum, principes omnes ſacerdotes, eorumque agnatos, qui arcam humeris portarent. Pulſo Abiatharo Salomo Rex Sadocum conſtituit *, & diſtributiones ſacerdotum ſecundum rationem Davidis patris ſui, quemque in miniſterio ſuo *. Joſaphatus cum prefectis ſuis ſacerdotes Eliſchamam, Joram, Levitas Schemaïam, Nethaniam, & alios mittit, ad docendum per civitates Judæ *. nota ubique perſonarum ad certum locum applicationem. Sub *Novo* autem fœdere à principibus Chriſtianis, à Conſtantini ævo per ætates ſequentes in proxima uſque ſecula, toto imperio Romano, & per Galliam, Hiſpaniam, Angliam, Germaniam, aliaque regna, electorum ab ipſis Imperatoribus, Regibus, Epiſcoporum, Presbyterorum, & ipſorum Pontificum Romanorum, exempla paſſim in hiſtoriis generalibus & particularibus occurrunt, quæ cumulata ex doctiſſimi viri Hugonis Grotii ad hanc materiam ſcriptis Lector curioſus abundè ediſcet. Confirmant & patrum teſtimonia & recentiorum ſententiæ, ad hanc rem ab aliis accommodatæ. De jure Principum non Chriſtianorum diverſa paulo poſſet conſideratio eſſe, quamvis nec ab ipſis electorum exempla deſint. poteſtas æqualis eſt *. quin & interpretandi ſacra jus habent *. At jus *plebis*, quod eſt eccleſiæ (neque enim plebs hic honoratioribus opponitur, ſed cœtum univerſum & multitudinem credentium complectitur) ex lege

* 1 *Reg:* 2. 35.

* 2 *Chro:* 8. 26.

* 2 *Chro:* 17. 7. 8. 9.

* § 19.

* § 70 n. 14.

lege divina poſitiva vel naturali, adeoque immutabili, qui aſſeruiſſe ſibi viſi ſunt, jura quibus eam ſententiam tuerentur nec rationes habuere, nec diluere oppoſitas potuere. Adducuntur autem loci quibus de Apoſtolorum Matthiæ (*a*), Pauli & Barnabæ, (*b*) quas dicunt, electionibus in ſcripturis eſt mentio: (primi enim Apoſtoli (*c*) & Euangeliſtæ (*d*) non ab homine ſed ab ipſo Chriſto electi, & conſtituti dicuntur ſub miſſionis vocabulo (*e*). Ceterum præterquam inter doctos non levis ſit controverſia utrum electio iis locis ab eccleſia facta ſit, (quod aſſertionem pro eccleſia maxime infirmat) miſſa tamen ea diſputatione & dato electionem ab eccleſia factam, & ipſum actum de quo quæritur, electionem dici, certum eſt narrative tantum ac ſimpliciter proponi quid occurrente caſu ab eccleſia eo tempore factum eſſet, conſequenter quod præcepti vim non habeat, vel regulam neceſſario imitandam *. Adde eo tempore principes Chriſtianos non fuiſſe, omnes autem Judæos vel gentes, qui totam eccleſiam & doctrinam, atque adeo ipſos doctores longe infra ſuas curas ponerent: quare alio uti eccleſiæ jure quam divino licuit, libertate nempe quæ nullo ſub imperio & ante prohibitionem ſingulis ad ſui conſervationem competebat, itaque non jure eccleſię ſpeciali, ſed hominum communi; erat enim eccleſia qua talis quaſi in naturę ſtatu, quo jure electiones per ſe facere vel per alios potuit *, quomodo ſimili hodie in territorio reformato eccleſię extra reformatam utuntur, vel ad ordinem, vel conſervationem, vel ędificationem ſui. Sed vero eccleſiam, Hieroſolymitanam puta, Matthiam, Antiochenam Paulum

a *Act:* 1.15. *junct:* 21. *& ſeqq:*
b *Act:* 13.1, 2, 3. *junct:* c. 4. 14. *Rom:* 1.1.
c *Ioh:* 6.70. *&* 13. 18. *&* 20, 21. *actor:* 1. 2.
d *Luc:* 1. 1. 2.3.
e *Luc. ibid: Rom:* 10. 15. *Matt:* 10. 5. 16.
* *Adde* § 69 *n.* 10.
* *Per n.* 1. *hic*

lum

lum & Barnabam ad munus apoſtolatus non elegiſſe, ex eo ſatis manifeſtum puto, quod neutri particulari eccleſiæ jus fuerit paſtores eccleſiæ univerſæ conſtituere, (Apoſtolorum quippe functio non particularis ſeu certæ eccleſiæ adſtricta, ſed generalis & univerſæ addicta erat) neque enim eccleſię particulari quiſquam, etiam qui jus plebis propugnet, eligendi jus extra eccleſiam unquam aſſeruit. Quid dicemus igitur, an ab Apoſtolis electionem factam? Apoſtolorum certe functio imperii jus adnexũ non habuit *, ut ipſi conſtituere eo jure diſſentientibus & invitis poſſint. Dicendum igitur per Spiritum ſanctum monſtrante ſorte electos. In Matthiæ hiſtoria legitur *, *Et ſtatuerunt duos, Barſabam & Matthiam, & orantes dixerunt, Tu Domine qui corda noſtri omnium, oſtende quem elegeris accipere locum miniſterii hujus & apoſtolatus, & dederunt ſortes iis, & cecidit ſors ſuper Matthiam.* & in Pauli electione *, *Dixit iis ſpiritus ſanctus, Segregate mihi Saulum & Barnabam in opus ad quos aſſumpſi eos.* Et ipſe Paulus Apoſtolum ſe vocat *per Jeſum Chriſtum & Deum Patrem* *. Unde colligas per ipſum Deum, Spiritum Sanctum, monſtrante ſorte, electos: & recte, Spiritus ſanctus nempe internè, & in corda operatus eſt. At cum nec ipſe Deus vel Spiritus Sanctus in terram deſcendens, & alloquutus cęteros, vel multitudinem, Apoſtolos eos dederit, fieri omnino ea electio ſine interventu hominis nequivit: Manet igitur quæſtio, cui jus fuerit ſegregandi, cui jus ſortem jaciendi, tanto effectu, ut qui ſegregatus, vel in quem ſors cecidiſſet, haberi a multitudine pro Apoſtolo hoc eſt paſtore, doctore eccleſiæ univerſalis de-

* § 68. n. 2.

* *Verſ.* 24, 25, 26.

* *Act:* 13. 1, 2, 3.

* *Gal:* 1. 1.

debuerit, ipſa multitudo, an vero cæteri undecim? In qua puto, credidiſſe omnes Apoſtolis de iis quæ de dictamine Spiritus Sancti aſſeveraſſent, ipſos deinde Apoſtolos ſegregaſſe, ſortes jeciſſe, ita ſegregatos vel in quos ſors cecidiſſet, receptos a credentibus, vel univerſâ eccleſiâ, pro Apoſtolis fuiſſe. Sed & differre hanc Apoſtolorum electionem, quæ dicitur, ab ea de qua hic proprie agimus, ex eo manifeſtum eſt, quod functio adſtricta certo loco non fuerit. Ut proinde ordinatio magis cum effectu functionis exercendæ, quam electio dicenda. Apoſtoli nempe ad munus apoſtolatus ordinarunt, quos ordinandos, id eſt, in numerum Apoſtolorum recipiendos, aggregandos, Spritus Sanctus præſignaſſet: præſignatio præceſſit ordinationem, electio (de qua agimus) ſequitur ordinationem. Quare quod Hieronimus vertit in Matthiæ Hiſtoria, verſ. ult. *& annumeratus eſt cum undecim Apoſtolis*, de annumeratione ſolemni, per ordinationem intelligendum eſt. Quod in Pauli & Barnabæ hiſtoria manifeſtius apparet. Sed cum eccleſiæ doctorem eligendi jus ſupra ipſi (ſed toti) eccleſię dedimus *, quod Paulus igitur, & Barnabas per ſingulas eccleſias conſtituiſſe presbyteros dicuntur *, & Titus à Paulo in Creta Epiſcopus relictus, ut per civitates conſtitueret *, & alii ab ipſis Apoſtolis Epiſcopi conſtituti, ab jure eccleſiæ conceſſivo ſeu permiſſivo eſſe debuit. Quo & in vetere eccleſia, introducta jam conſuetudine, Epiſcopi ante Conſtantinum uſi: ſed qui mos nec eo tempore idem neceſſario ſervatus fuit, at modo ſervari alius potuit, ſi eccleſię placuit. Sed quod jus eccleſię mutabile eſt: quare

* *Hoc n. cir. pr.*

* *Actor.* 14. 23.

* *Tit.* 1. 5.

quare (ut tolli omnis libertas naturalis poteſt) poſt Imperatores Chriſtianos factos, qui eccleſiam ejuſque adminiſtrationem ſuæ curæ facerent, jam pendere ſub Chriſtiano imperio amplius ab eccleſia non potuit, non ſecus atque homo, poſtquam alieni juris & imperii factus, ſui juris eſſe deſinit. Itaque ſublatum
10. jus, ſi imperanti placuit. Quamquam enim fidelium congregatio ſub Principibus Chriſtianis eccleſia ut ante ſit, non tamen eccleſia eſſe cum eo effectu potuit ut perſonæ vicem ſuſtinere *, & agere aliquid, & decernere per majorem partem poſſit quod jus faciat: niſi convocata cum poteſtate coactiva, ab eo vel iis qui cogendi, convocandi, & dandi collegiis jus haberent; quod cum ſolius ſummæ poteſtatis eſſe diximus *, conſequens eſt omnem eccleſiæ congregationem ſub Principe Chriſtiano ad finem conſtituendi miniſtri inſtitutam, adeoque & ipſam electionem per eccleſiam factam ab ipſo Principe, non ab ec-
11. cleſia pendere: Neque vero conſenſu ſingulorũ dari poſt imperia ea poteſtas eccleſiæ congregatæ potuit *, quin omnis actus privatus ſit & in-
12. efficax. Qui ſacrę ſcripturę definitioni adhuc inſiſtat, hanc ſimul concedat conſequentiam oportet, neceſſe ut electio ubique uniformis & immutabilis ſit, in qua totum mundum contra teſtantem ſibi inveniet, & ipſos hodie paſtores õnes, qui jus hoc non populo, ſed ſoli jam presbyterio ut vocant, & jure & facto, aſſerunt: diverſa enim res presbyterium ab eccleſia eſt. Eccleſia laicos etiam complectitur & multitudinem omnem credentium *, presbyterium ſolos clericos habet (ſi appellare ita fas ſit) & perquam exigua eſt pars populi. unde nec quod

* § 71. n. 1.

* § 42. & ſeqq.

* § 71. n. 3.

* § 63. n. 2.

huic jure divino datum eſſet, illi ſoli compe-
tere poteſt. Neutri vero, nec plebi ſeu populo 13.
ſeu eccleſię, nec clero in canonibus eſt patroci-
nium, quippe qui ex his eligendi modus adfer-
tur ad ſolos ſubjectos pertinet, quibus ordo
præſcribitur: ipſe autem canon cum auctori-
tatem niſi à ſumma poteſtate non habeat, te-
neri princeps, qui ſolutus legibus humanis &
ſupra eaſdem eſt leges, canonis præſcripto non
poteſt, quin arbitrio ſuo revocare, vel ipſe
etiam non revocatô electionem facere contra
canonem, vel aliis permittere poſſit. quam
* § 26. *n.* 9. diſpenſationem appellant *. Qui rationibus
ultra inſiſtendum putet, hoc ſibi reſponſum
ferat, plebem ſeu eccleſiam ſeu multitudinem
* § 64. *n.* 4. § 69. *n.* 2. in perſona principis eſſe *, inde principis
perſonam publicam, populicam dictam, per
quem loqui totus populus ſeu multitudo cen-
ſetur, ſic quod populo ſeu eccleſiæ adſcribit,
id principi ſe adſcribere, in quo totus eſt po-
pulus, & viſibilis eccleſia: malè autem ac-
tionem populi dici quæ per principem expedi-
tur, quippe multitudo deſinat perſona eſſe,
de qua actio aliqua dici poſſit: Illud rectius,
factas electiones ab eccleſia, vel clero (qua
perſona ſunt) ab ipſa dicendas ſumma poteſta-
* *Sup: n.* 10. te (à qua perſonam habent *) mediante cle-
ro, vel populo ſeu eccleſia factas, nihil ſecus
atque in plurimis aliis, ſeu profanis exercere
* § 42. 43, 44. princeps jus ſuum per alios, vel ſingulos vel
collegia, ſolet *. Factæ igitur electionis à ple- 14.
be ſeu eccleſia, hoc eſt cœtu aliquo fidelium
congregato, exempla qui ex hiſtoriis extra
ſacram cumulant, nihil quidem proficiunt.
Nam vel ante imperia ſunt Chriſtiana, vel poſt
ea. Quæ ante, libertate nituntur naturali, ſed
ea

ea mutabili, de qua proximè dictum *. Quæ poſtea, jure non prohibito *. Poſt prohibitio- nem ſublata jam libertate, principum nituntur placitis, in quibus ipſis & pro occaſione va- riatum, nec ubique eadem. Eligendi enim facultas eccleſiæ per legem generalem, vel privilegium & indultum ad actus ſingulos ſpe- cialem, vel tolerantiam data, vel dari potuit, ſeu reſtituta mavis, vel reſtitui potuit, prout principi placeret, cujus hi omnes modi in manu & poteſtate ſunt: plane nihil ſecus atque Curiis & Parlamentis à ſumma poteſtate jus eſt ſuos præcones conſtituendi, alioſve ſummæ poteſtati mediate miniſtros: Sed & aliquando electio ſoli Clero, vel ſolis Epiſcopis non ad- miſſâ vel excluſâ plebe, vel his unâ cum clero

15. & plebe, vel alterutro conceſſa. Manente ſemper penes ipſum principem approbandi ju- re, quod & improbandi jus *, & electiones jure conceſſivo ab aliis factas jure proprio reſ- cindendi continet: Ab jure enim conceſſo jus ſummę poteſtatis per vim conceſſionis nun- quam excluditur, vel pro arbitrio exercendi, maximè autem ſi juſta ipſi cauſa fuerit. Sic ut non valeat privilegium * quo ita alteri facta à principe hujus juris conceſſio eſt ut neceſſario conſentire debeat, nec valeat actus quo jus ipſum abdicatum; ne ſi in clerum, ſervitus per hoc impoſita reipublicæ, vel juris aliena- tio facta, vel ſciſſum etiam imperium videa- tur; ſi in populum, exercere princeps reliqua jura majeſtatis nequeat, vel eo amiſſo jure quod de Henrico olim dictum, *Dimidium amiſiſſe regni* dicatur. unde revocabilia hęc beneficia, licet in vim etiam tranſierint contractus, ſe- cundum ea quæ alibi dicta *. Sed & rectius,

* § 71. n. 3
* § 79. n. 3
* *Adde* § 26 n. 10.
* § 26. § 29 n. 2. §. 98. n. 6.

& prudentius interdum electiones ab ipſa Imperiali authoritate factas, minus recte a plebe, & imprudentius ei commiſſas: imprudentiſſime vero Imperatores, rogatos etiam a Synodis ut eligerent, electiones ab ſe rejeciſſe, ex hiſtoriis manifeſtum eſt *. ſed quod ad juris queſtionem non pertinet. Ad hec refer funda- 16.
menta patronatus jura, cum vel privatis ſingulis nobilibus, laicis, qui domos ſacras fabricarent, & expenſas clericis miniſtrarent, jus datum ab Imperatoribus ſit clericos, paſtores, per ſe eligendi. Sed & jus conſtituendi paſtores naturaliter quadammodo Dominis competit & Toparchis ex officio & fine ſui imperii, & identitate civitatis & eccleſiæ *, ſub Imperante ſummo: ſed quod jus cum inter præcipua ſit jura Majeſtatis, vindicare merito citra ſpecialem conceſſionem ipſi ſibi ſoli placuit. *Ordinatio* per manuum impoſitionem, 17.
(ut olim per ſacram unctionem, Chriſto per ſufflationem *,) fieri ſolita ad ipſos vulgo Epiſcopos, Paſtores, Presbyteros ſeu eccleſiaſtes refertur, ne indignus obrepat: dignus enim an indignus quis eſſet, moris ſemper in eccleſia fuit, prævio in fidem ordinandi examine explorare, quod his quam aliis potius aſſerere vulgo placuit. Sed quid ſi & ipſam *dijudicationem* & *explorandi jus*, dignus an indignus quis, principibus Chriſtianis *, & ipſi etiam eccleſiæ naturaliter demus, ut ipſe nempe cœtus fidelium, vel princeps exploret, judicet, quis dignus, quis indignus, aptus vel ineptus, ut doctoris munere in eccleſia fungatur? Sed vero per *ordinationis* actum cum non fidei tantum explorationem, & teſtimonium ſimplex intelligamus quo dignus quis dica-

* *Vid: Thodoret. lib. 4. cap. 7.*

* *Sup: n. 4. 5. & §. 17. 14.*

* *Johan. 20. 21, 22.*

* *Sup: n. 4. & applica §. 70.*

dicatur; ſed aliquid inſuper reale, ipſum nempe actum quo ſacra functio perſonæ applicatur, vel in eam docendi facultas confertur, quod eſt creare Epiſcopum, in Epiſcoporum ordinem, numerum accenſere, cooptare, non video hactenus quomodo non ordinatio ea à ſumma poteſtate fieri poſſit, ſeu in dignum ab eâ docendi facultas ut quævis alia conferri *. Sed & ipſe modus ordinandi per *manuum impoſitionem* cum ſub Vet. Teſt. non ab Aarone tantum Pontifice, ſed & Moſe Imperante ſummo, & Patriarchis, Primatibus tribuum, & ſingulis è populo; & ſub N. Fœdere non ab Apoſtolis tantum in ordinandis aliis, ſed & à presbyteris uſurpatus legitur, ratio nulla videtur cur paſtoribus præcisè, iiſque ſolis tribuatur, ſummæ poteſtati negetur: certè Moſes Aaronem ejuſque filios unxit, & in ſacerdotio conſecravit. E diverſo, cum prima manuum impoſitio ab Jacobo facta Ephraimi præ Manaſſe legatur nulla quidem neceſſitate obligante, & ipſi Deo in conſecrando Moſe, & Chriſto in ordinandis Apoſtolis * uſurpata non fuerit, videri poſſet ſolennitatem non neceſſariam eſſe. Licet enim Dei juſſu Moſes manus Joſuæ impoſuerit *, conſtat tamen id non in vim legis perpetuæ præceptum, dum palam ſit eam ceremoniam Hebræos in iis qui ad Sanhedrin cooptarentur non ſemper uſurpaſſe, ipſum Salvatorem nunquam, qui completurus venit legem. At non neceſſario in ipſo ordinationis actu fieri, minus jam dubium habetur, cum hodieque ipſam poſt factam, à clero forte vel plebe, electionem, hoc eſt perſonæ ad certum locum applicationem, & ſubſequutam à ſumma poteſtate *comproba-*

* *Confer:* §. 67. *n.* 9.

* *Marc.* 3. 13. 14. *Matth:* 10. 1. *Johan:* 20. 21, 22.

* *Num:* 27. 18. *confer:* *Deuter:* 34. 9.

tionem, nec a tribus, ut olim, ſed ab uno Epiſcopo fieri, mos ubique receptus probet: Ex quibus dubitare licet, nudane ac ſimplex ceremonia ſit ex uſu humano, recte tamen & pie in eccleſia ſervata, quæ proinde principum reſpectu referri inter neceſſaria non debeat. Secus atque ipſa *Paſtoralis functio* extra 18.
perſonæ alicujus ſpecialis conſiderationem: hæc enim cum ab ipſo Chriſto in euangelio inſtituta, ut neceſſaria, ſic quo ad emanationem muneris à ſumma poteſtate non pendet *, unde tolli humano imperio nil magis poteſt *, quam ipſa ea quæ adminiſtranda neceſſario Chriſtus præcepit, ut *Verbi prædicatio*, *Sacramentorum exhibitio*, *&* *Clavium uſus*, quæ quod officium eſt miniſtrorum in ſe totum continent *, quam *functionem ſacram* in theſi, ſeu miniſterium ſimplex diximus. de uſu autem 19.
clavium ſpecialius infra dicetur *. De reliquis præter Paſtorale muneribus eccleſiaſticis, non item neceſſariis per ſe inſtituendis vel aliis mandandis, cum pii Reges arbitrio ſuo plurima inſtituerint, minus dubium eſſe poteſt: illud interim in tranſitu notetur, ab his minoribus argumentum rectè ad alia majora duci, quippe functiones omnes ſacræ ſint. Sic David Cantores, Cymbaliſtas, Nabliſtas, Cythariſtas, Tibicines, ipſos etiam Janitores conſtituit * qui caverent ne quis proprius ad arcam accederet, quæ omnia accurate ex Bertramo diſcas *. Salomo conſtituiſſe legitur officia Sacerdotum in miniſteriis ſuis, & Levitas in ordine ſuo, ut laudarent, & miniſtrarent coram Sacerdotibus, & Janitores in diviſionibus ſuis per portam & portam, juxta præceptum Davidis patris ſui *. Eſechias reforma-

§ 67. n. 9.
§ 63. n. 11.
* § 68. n. 1.
* § 68.
* 1 *Chro*: 15. 16. *ſeqq*. c. 16. 4. c. 23. 24. 25, 26.
* *Rep: Hebr*: c. 15.
* 2 *Chron*. 8. 26.

mationem occipiendo cantores reſtituit *. * 2 Chron 29.
Idem de ſe teſtatum Nehemia reliquit, impe- 25. & cap. 31.
ratoris etiam non fidelis nomine *. Ut res n. 2.
non nova ſit ſi poſterioribus ſeculis principes * 2 Chro. 13. 11
etiam Chriſtiani minora Epiſcopatu & Presbyterio munera per ſe contulerint: nec novum ſi fieri hodieque contingat. Hæc de electione.
20. Mittendi enim jus quæ in alteram eccleſia ſibi arrogaverit, niſi conſenſus accedat, manifeſta uſurpatio eſt *. Sed quæ ipſa juris in extraneum conceſſio ſemper revocabilis eſt, cum inter jura ſit majeſtatis ſine quibus imperium * § 68. n. 9. § 69. n. 10.
21. defendi & pax publica nequit *. Sed & Imperatorum eſſe ordinem inter paſtores conſtituere, & Pontificalem thronum eccleſiis largiri, & Epiſcopatus vel Archiepiſcopatus in Metropoles erigere, etiam contra canonem, quæ dictat, Metropoli ſua jura antiqua ſervanda, non dubito. * § 95. n. 2. § 98. n. 6.

§. LXVI. *Deponit, punit.*] Species hæc exercendæ in paſtores juriſdictionis ob materiæ connexionem ſpecialis ſubjicitur: generaliter & plene de ea parte Majeſtatis proximè * § Seqti.
1. dicturi *. *Deponendi* itaque jus non poteſt non penes eum eſſe apud quem jure ſuo conſtituendi eſt.
2. Et perſonas & actiones generali exceptas imperio non eſſe ſupra probatum eſt *. Et * § 63. n. 2. 3
ipſa miniſterii functio actualis, ut aliæ omnes,
3. actus publicus & externus eſt, qualis imperio
4. ſubjicitur. Et electio voluntatis eſt, quare & nullâ addita ratione, ut functiones aliæ *, * § 42. n. 3.
revocari electionem & paſtores citra famæ læ-
5. ſionem poſſe, nullus dubito. Quid quod jus territoriale & in perſonam ſubditi eouſque ſe protendat, ut & civem innocentem excedere fines jubere poſſit * ſi per hoc reip. tranquil- * § 31. n. 2.

 lita-

litati conſultum videatur? eſt autem plus provinciæ alicujus quam functionis interdictio. Minus igitur de ſuſpenſione dubium. Solet autem depoſitio in pœnam vulgò exerceri, & hæc cum illa conjuncta eſſe: unde *puniendi* vox addita. Pœnæ jus in eccleſiaſtes, ut per- 6.
ſonas alias, tum ex juris renunciatione com-
* §. 39. petit *, tum quod ipſa miniſterii collatio in certam perſonam à ſumma poteſtate promanet: neque verò functio magis eccleſiaſtica eccleſiaſtem, quam judicialis judicem eximit: neutra jus variat. Quis autem puniendi facultatem
* §. 37. neget ei apud quem omnis eſt juriſdictio *? 7.
Inter plura depoſitionis in pœnam factæ exemplum, ſimul & relegationis à Salomone in perſona Abjathari pontificis ſummi hiſtoria
* 1 Reg. 2. 27 regum ſacra ſuppeditat*. Sunt enim & in prophanis hiſtoriis, & Codice, & Juſtiniani Novellis plurima. Nec deſunt ſuſpenſionis exempla. Refer & ad hunc locum *reſtituendi* ſacer- 8.
* §. 40. *add.* §. 68. *n.* 11. dotis jus, de quo alibi generaliter dictum *. eſt autem ſpeciale ad hanc materiam quod de reſtituto Euſebio, Theogne, Athanaſio, & aliis Socrates hiſtoricus memorat.

§. LXVII. *Imperium, juriſdictio omnis, & legiſlatio ad eandem pertinet.*] Probant hoc ra- 1.
* §. 27. 37. 66. tiones generales quas ſupra dedimus *, & quæ de imperio circa ſacra generali in perſonas ex ſacræ Scripturæ locis alibi adducta *, qui
* §. 63. omnes poteſtati civili imperium non alii aſſerunt. Imperii partes præcipuæ *juriſdictio* & *legiſlatio* ſunt, quare imperium qui habet & eaſdem habere neceſſe eſt, & dare eaſdem ſi cui
* §. *præced.* imperium demus. *Juriſdictionis* ſpecies ſupra jam vidimus *. Moſes frangit vitulum: Aaro-
* Exod. 32. 20. nem increpat *. Ezechias Æneum ſerpentem

tem amovet, frangit ſtatuas, excidit lucum *. Joſias comburi jubet idolis conſecrata *, & alia; non ſine juriſdicendi de ſacris facultate. Notiſſima ſeveræ, ſed & impia juriſdictionis ſpecies executa à Nebuchodonozore olim fuit *, ſed quam ex defectu juriſdictionis nemo impugnavit. Et horrenda vox ab eodem * quamquam piore affectu, & Joſia Rege in eos pronunciata qui vel Deos alienos colerent vel vero maledicerent, (nota actus externos) ſed quam pœnæ comminationem jus imperii defendit. Pertinent à Chriſti tempore plurima Imperatorum, Regum, *Principum Chriſtianorum* adverſus hæreticos, & novas ac impias de vera Dei religione ac fide doctrinas & prolatas ſententias, judicia, quæ in Euſebio, Sozomeno, Socrate Hiſtorico, & aliis, & in Codice paſſim, & Juſtiniani Novellis apparent. Et certè ut verum fateamur, non incompetens *Synedrii Judaici*, Felicis, Feſti præſidum, & ipſius Imperatoris Romani, aliorumque *Principum gentilium* in judicio accuſationis de cauſa religionis, ſeu doctrinæ Chriſtianæ, vel fidei profeſſæ externè, adverſus Petrum, Joannem, Stephanum, Paulum, alioſque fuit juriſdictio: Quin & ipſi agnovere. Etenim cum in delictum raperetur Apoſtolos in nomine Jeſu docere, vel aliud quicquam agere, unde actus religionis Chriſtianæ externus appareret, coram Anna Pontifice Maximo & cæteris Petrus & Joannes ſteterunt *, ſtetit Stephanus *, ſtetit Paulus *, nullus horum incompetentiam allegat. cauſam agunt. Paulus cum Anania & Tertullo conteſtatur *: poſtulatus à judæis ſtans pro tribunali Feſti præſidis, unicam ex perſonæ privilegio exceptionem ob-

* *2 Reg.* 48.
* *C.* 23. *eod.*
* *Daniel.* 3.
* *verſ:* 29. *eod.*
* *Act.* 4. & 5. 27.
* *Act:* 7.
* *Act. cap.* 21 28. & 22. *fin.* & 23.
* *C.* 24. *eod.*

* C. 25. 10. obijciens, *Hic*, inquit, *judicari me oportet* *. Deinde ad Cæſarem etiam gentilem provocat *. Quid quod ipſe Chriſtus interroganti Pilato, *Neſcis habere me poteſtatem crucifigendi te, & dimittendi* *, nullam incompetentiæ exceptionem objecit? Quis martyrum in vetere eccleſia excepit? Utique jus ex euangelio intellexere. Ipſius negotii enim, hoc eſt rei ſacræ quaſi prætextu, vel quod non conſentientis doctrinæ Princeps ſit, competentiam ſeu juriſdictionem qui de actibus religionis externæ neget, jam nullam etiam Principibus Chriſtianis in diſſentientes, deque eorum doctrinis & ſententiis publicè de fide ſua in ipſorum principum territoriis, prolatis, vel contra receptam defenſis, concedit judicium, & tot ſynodorum, & piorum Principum, Regum, Imperatorum, unquam latas, quas tuliſſe plurimas ſupra jam diximus, adverſus Hæreticos & nova dogmata ſententias manifeſtiſſimæ nullitatis condemnat. Nec putet quiſquam Chriſtianis juriſdictionis in hæreticos competere prærogativam ex religionis veritate: ipſum enim hoc eſt, quod in quæſtione vertitur. Sic de Arrianis Salvianus. *Apud nos ſunt hæretici, apud ſe non ſunt: nam in tantum ſe Catholicos eſſe judicant, ut nos ipſos titulo hæreticæ pravitatis infament. Quod ergo illi nobis ſunt, & hoc nos illis. Nos illos injuriam facere divinæ generationi certi ſumus, quod minorem Patre Filium dicant; illi nos injurioſos Patri exiſtimant, quod æquales eſſe credamus. Veritas apud nos eſt, ſed illi apud ſe eſſe præſumunt. Honos Dei apud nos eſt, ſed illi hoc arbitrantur honorem divinitatis quod credunt. Inofficioſi ſunt, ſed illis hoc eſt ſummum religionis offi-*

* Verſ. 1. eod.

* Johan. 19. 10.

officium. Impii ſunt, ſed hoc putant eſſe veram pietatem. Pœnam in arbitrio eſſe Imperantium ſupra dictum *. quod & Imperatores Gratian. Valentinian. & Theod. conſtitutione adverſus hæreticos intellexere *, Ibi, *divinâ primum vindictâ, poſt etiam motus animi noſtri, quem ex cælesti arbitrio ſumpſerimus, ultione plectendos.* Hæc de juriſdictione, quod bene notes, in religionem, fidem externam, per doctrinam & alios actus externos. In religionem enim, fidemve internā juriſdictio exerceri omnino nequit. Quatenus poſſit ſi externe prolata, dum qui protulit, vel ſententiam ſuam profeſſus, monitus de ea tacere velit, infra

3. dicetur *. Pertinet & in Paſtores & Doctores, alioſque miniſtros, qui in vera ac publica perſeverant fide, nec diſſentientes, officio ſuo, vel verbo vel clavibus vel ſacramentis, aliove jure abutentes, ut in actiones omnes externas animadverſio: Vidimus ſupra *Riveti* locum, ubi de jure in actiones dictum *. Notabiliter Martyr, *Magiſtratum civilem curare debere ut omnes officium faciant, Juriſconſulti, medici, ruſtici, pharmacopolæ, inter quos numerare & concionatores poſſumus, quia ſi non rectè doceant, nec ex ordine ſacramenta adminiſtrent, magiſtratus eſt, eos in ordinem redigere, ac videre ne impure doceant, neve fabulas admiſceant, neve ſacramentis abutantur, aut aliter ea tradant quam Dominus juſſerat*.* Conſentit Zanchius * *Omnes homines, nemine excepto, ita Magiſtratui ſubjectos eſſe, ut ſi officium facere recuſent, in eos animadvertere, & omnes continere in officio poſſit.* Et Demetrii Chomateni Archiepiſcopi Bulgarienſis de Imperatore loquentis citatur locus, *Et legem ponit vitæ, atque officio*

co-

* §. 39. n. 4.

* *L.* 1. §. 1. *d. Sum. trint.*

* *N.* 7. *hic.* §. 68. 7.

* §. 63. n. 3

* *Ad.* 1. *Sam.* 8. & *loc. com. claſ.* 4. *c.* 13. §. 12.

* *De magiſtr. art.* 7.

eorum qui altari inſerviunt. Unicam, in hac materia generali liceat addere Anglicanam confeſſionem * (neque enim politicam hic ſpecialem tracto) quæ poſtquam Regi ſummam etiam de Eccleſiaſticis gubernationem tribuiſſet, ita ſe explicat, *ut omnes ſtatus, atque ordines fidei ſuæ à Deo commiſſos, ſive illi eccleſiaſtici ſint ſive civiles, in officio contineat, & contumaces ac delinquentes gladio civili coerceat*. In Novellis conſtitutionibus adverſus clericos, & ſupremi & inferioris ordinis, leges præſcriptas officio non ſervantes, jura & juriſdictio ubique apparent: & obviæ ſunt pecuniarum mulctæ. Sunt autem inter contumaces ac delinquentes in officio maximè, (quod obiter notem) qui turbulentis populum concionibus adverſus Majeſtatem incitant, ad non-obedientiam mandatis civilibus vel reſiſtentiam proritant, cu-
juſmodi prophetæ vocem non à Deo eſſe divi- 4.
nus ſcriptor obſervat *, nam & Dei ordinationi reſiſtit, & læſæ majeſtatis humanæ reus eſt *. Actionum igitur ſuarum cauſas & rationes princeps, ſi velit, ab ipſis exigit, quas & probare neceſſe habent priuſquam rem definiant; vel eâ definitâ ſic jubenti, quo & poſt ſynodum judicium ſpectat, de quo infra *: Vel ſi privatum res ſpectat à parte læſâ adito, cui de injuria conquerenti cum aliis juris remediis, tum ordinaria appellationum via ſuccurrit. Notiſſimum apud Gallos remedium eſt, ab abuſu ad Senatum regium appellatio ſi pars gravata de ſententia eccleſiaſtici injuſta queratur *. Alibi ad ſuperiorem eccleſiaſticum provocatio cum effectu devolutivo non tantum, verum ſuſpenſivo, & reſtitutorio, ut magiſtri loquuntur; quod planè civile eſt reme-

* *Art.* 37

* *Jerem.* 27. 8. *ſeqq*
§. 69. *n.* 7.
* §. 83.

* §. 79.

* *Fab C. de appellat.*

medium, neque enim appellatio juris naturalis, qualis defenſio, dicitur: unde Principis eſt admittere ad ſuperiores eccleſiaſticos appellationes, admiſſis iis modumque ac terminum ſtatuere *, cum & præcidere eas, & interrumpere ordinem poſſit. Cauſam etiam ad ſe totam evocando ipſe judicat, vel quia ita placet, vel expedire videtur: poſſunt enim rationes eſſe, quare tractari negotium in judicio eccleſiaſtico non expediat, vel non ſit neceſſe *. Cognitionem etiam coram eccleſiaſtico ceptam pro tempore ſuſpendit, manente ibidem cognitione, ducto à majore argumento: Quid ſi imperium, juriſdictionem eccleſiaſtici propriè niſi mandatam exerceant? quod ſtatim dicetur *.

* §. 38. *n.* 2

* § 71. *n.* 9. 10.

* *n.* 9. *infr.* §. 68. *n.* 17. *fin.*

5. Sed & Principem ex vi juriſdictionis ſuę arcere delinquentes ab eccleſia & communione poſſe, nihil video quid impediat, & reſtituendi jus ei eſſe infra dicetur *. De nomine ſi quis curioſius quæſiverit, dicendum juriſdictionem omnem in eccleſia, & circa ſacra, à quo exerceatur, ut imperii civilis partem, *civilem* eſſe *, quod & infra particulariter de legiſlatione *, & excommunicatione a paſtoribus facienda dicetur *, quatenus ſc. in vim pænæ exercentur, dum utraque à civili poteſtate virtutem publicam & coactivam habeat. Origine quidem prima & emanatione quæ in eccleſia juriſdictio exercetur à Deo eſt, ſed non aliter atque tota juriſdictio, & judicis, & paſtoralis etiam functio, & vel ipſa Majeſtas emanatione à Deo *, applicatione, & exercitio efficaci, & effectu publico civilis. Neque impedit *civilem* eſſe juriſdictionem quod circa ſacra, divina, & quæ ſpectent eccleſiam occupetur: Quamquam ſi muta-

* § 68. *n.* 11

* § 63. *n.* 12.

* *n.* 9. *hic*

* § 68. *n.* 12.

* §. 17. *n.* 4.

* d. §. 63. n. 12. mutare nomen velis, ab objecto *, licebit; ſed quomodo juriſdictionem & imperium civile rectè etiam eccleſiaſticum, divinum, & ſpirituale dixeris, quia officium Imperantis & finis imperii bonum ſpirituale, id eſt ſalus populi æterna eſt *: potiſſima igitur cujuſque rei
* §. 14. denominatio ab eo petenda quod efficaciam ei & effectum tribuit, ſine quo res non eſt id quod eſt, quomodo ſine civili poteſtate exauctoratio non exauctoratio, excommunicatio non excommunicatio poſitiva, ſed communionis negatio eſt. Sed nec juriſdictionem efficit non *civilem* eſſe quod leges præſcriptas divinas, & in Euangelio Chriſtianas habeat: ſunt enim leges divinæ & Chriſtianæ regula ſeu norma ſecundum quas juriſdictio, imperium exerceri debeat, quæ proinde non magis efficiunt juriſdictionem non civilem eſſe, quam de furto, de homicidio, & aliæ in Decalogo efficiunt leges, vel ipſa etiam juſtitiæ efficit adminiſtratio, ideo quod pro fundamento habere leges naturales & divinas debeat; imperium enim, juriſdictio, ejuſque executio civilis manet, rei natura non mutatur: quomodo è converſo ſecundum leges divinas imperium humanum non efficit eas leges non divinas eſſe. Illud autem velim iterum obſer- 6.
ves quod ſupra dictum & infra dicetur, imperium, juriſdictionem Imperantium ad fidem internam, ſi externi nihil prohibiti accedat,
* §. 68. n. 7. non extendi *: eſt enim inviſibilis, & in no-
§. 93. n. 12. titiam non cadit imperantis. Adde per fidem internam, ſi legibus civilibus actiones externæ reſpondeant, pacem publicam non tur-
* §. 93. n. 12. bari *; quomodo ſupra dictum, cum per nudum animi motum nemini læſio detur, ſic nul-

nullius intereſſe ob eam rem quempiam puniri *. Apud Euſebium Conſtantini dictum exſtat, *Omnes quidem ſubjectos ſuos Chriſtianos eſſe optaſſe, neminem autem coëgiſſe* *. Hinc ſupra, *fidem ſuadendam, non imperandam eſſe* *. Quid autem ſi verbis prolata fides ad notitiam venerit Imperantis? Non culpæ peccatum, ſed ignorantiæ error dicendus erit, quem emendare, non pænæ (quæ mentem non illuminat) ſed doctrinæ virtus eſt. *Errantis pæna doceri eſt. At quis nomen unquam ſceleris errori dedit? Non eſt prudentis errantes odiſſe, ne ipſi ſibi odio ſit.* Chriſoſtomi dictum eſt, *Eum qui ignorat neque malo affici, neque accuſari oportere, ſed æquum eſſe ut diſcat, quæ ignorat.* Et quæ in hanc rem plura ſunt. Sed hæc niſi de malitia manifeſto appareat; vel erroris ſui commonitus, prohibituſque dicere contumaciter perſeveret *. Igitur nec ſtatim de blaſphemia reus peragendus, qui tam impie de Deo dixerit, ut in blaſphemiæ aliquam ſpeciem incidat.

* §. 39. n. 6

* *In vita lib* 2. c. 57. 60.

* §. 65. n. 5.

* *Vid. Act.* 4. 17. 21. & 5. 28.

7. Juriſdictio autem in ſummo principe cum legum ſit executio, ad ipſum & *Legum* pertinet *latio*: ſunt enim jura connexa quorum alterum in altera perſona abſolutè eſſe non poteſt; ne ſeparatis ab invicem vel legiſlatio inefficax ſit, ſi exequi non liceat; vel dum exequi alter velit alter ignoſcendo illudat. Ad legiſlationem refer placita, edicta Imperatorum de religione publicè eligenda, tuenda, conſervanda; aliena delenda, refrænanda, punienda, permittenda, &c. de loco, tempore, ordine, modo, & aliis, quæ particularius, ſub §. de religione publica enumeravimus *: (Neque enim hic legum voce de doctrina & fide definitiones complector, nec juris dicendi facultatem quæ inter certas per-

* §. 64. n. 7.

ſonas

ſonas eſt; quamvis lata ſignificatione ſub ea venire poſſit, cum qui leges ferre is & definire controverſias, & judicare cauſas queat.) Sunt & aliæ quæ huc pertinent plurimæ leges à piis Principibus latæ *generales*, quæ reſpectum omnes ad unum Apoſtoli effatum habent, *Omnia oportere ad ædificationem fieri*: Quo & ordinationes eccleſiaſticæ referendæ, & quæ totius eccleſiæ ſpectant politiam, ſeu gubernationem externam. Ingenuè Leoni Stephanus Conſtantinop. Archiep. & univerſalis Patriarcha. *Imperatoris eſſe etiam citra Concilium decretum facere* *. De Conſtantino generaliter Euſebius dixit, ipſum nondum baptiſatum Epiſcopis plurima præſcripſiſſe quæ ad eccleſiæ utilitatem pertinere judicaret *. Sacræ ſeu 8.
eccleſiaſticæ vulgo dictæ ſunt leges, ſed non alia quam ſola materiæ vel objecti ratione, dum de rebus ſacris vel circa res ſacras, eccleſiaſticas feruntur; ut militares, nauticæ & ſimiles à materia militari, nautica appellantur: quò ſenſu & ſummarum poteſtatum imperium ſpirituale ſeu eccleſiaſticum appellari proximè notatum *. Civiles autem ſunt leges à civili poteſtate *: humanæ omnes: quare principi ſubſunt ut ab hominibus prolatæ, vel civili poteſtate, ſeu ab Imperatoribus ipſis, ut proximè, vel horum auctoritate ab eccleſia, ſynodo. Eccleſiæ enim, ſynodo, legum feren- 9.
darum jus, & juriſdictio, ut aliis conſeſſibus rectè, licet rectius, mandatur, ſed quæ vim publicam niſi à ſumma poteſtate non habent. Neque verò ſub imperio in eccleſia Chriſtiana paſtoribus vel multitudini imperii hæc jura quam nomine, vice ac mandatu ſummarum poteſtatum exerendi jus eſt *, dum à ſe non ha-

* *Nov. Leon. 17. pr.*
* *In vita lib. 3. c. 24.*
* *Sup. n. 5. §. 63. n. 12.*
* *d d. §§.*
* *§. 68. n. 17. vir. fin:*

habeant magis, quam privatus quilibet. Atqui vero totam functionem ſacram à Deo habere, cujus partes indiviſibiles juriſdictio, diſciplina eccleſiaſtica, & legiſlatio, quæ & ipſæ traditæ iis ab ipſo Chriſto perhibentur *? Sed jam ſupra dictum, à Deo eſſe functionem emanatione ſola *, quomodo judicis functio emanatione à Deo eſt, qui equidem ut imperium, juriſdictionem non exercet, ſic leges nullas condit, niſi principis nomine, cum tamen neque Judicibus minus cauſarum civilium per ſacram juſſionem cura commiſſa ſit, quam prætendere eccleſiaſtici poſſint eccleſiaſticarum ſibi commiſſam eſſe: Sed & ſupra dictum *, à ſumma poteſtate illud eſſe quod certa perſona jus ſacræ functionis habet, quomodo manante functionis origine à Deo hic aut alter pro tribunali ſedet. Uterque igitur functionis ſuæ exercitium (ſub qua legum demus lationem) auctoritate ſummæ Majeſtatis explicat. Quid ſi ipſe ordinationis actus à ſumma poteſtate pendeat *? Quid ſi convenire ſub imperio ſine ejuſdem auctoritate nulli liceat? Quid ſi actus auctoritate publica deſtitutus vim nullam habeat? Ad prædicta igitur concluſio ſit, *Imperium, juriſdictionem, legiſlationem cum efficacia, paſtores, eccleſiaſtes nomine, vice, mandatu, atque adeo & jure ſummarum poteſtatum, non alio, exercere.* Neque vero eccleſia jacturam hic patitur, vel ſine juriſdictione, vi coactiva, vel legibus errat: etenim juriſdictio, legiſlatio, ſed auctoritate principali exercetur: Quod enim ad poteſtatem eccleſiaſticam attinet, dixit Martyr *, *ſatis eſt civilis poteſtas*, repudiata inter poteſtatem eccleſiaſticam & ſecularem diſtinctione. Quam tamen ſi

* *Ex Matt.* 16.19. & 18. 15. *cum ſeqq.*

* §. 65. *n.* 18.

* §. 65. *n.* 17.

* §. 65. *n.* 17

* *Ad* 1 *Sam.* 8.

exhibitio, quæ nuda ac ſimpliſiſſima admini-
ſtratio eſt: Nec preces, quæ ſupplicationes
Deo ſunt, neutiquam in homines imperium.
ſunt autem in his partes & ipſorum Apoſtolo-
2. rum & Miniſtrorum officii *. Adde imperium
dari iis à jam ſubjectis per novam ſubjectio-
3. nem non potuiſſe *. Ipſe Chriſtus profitetur
imperium ſuum non eſſe de hoc mundo (a): &
conſtitutum inter privatos ſe judicem, quod
imperium includit inter partes, negat (b): &
alibi non veniſſe judicaturum mundum (c).
*Non ſecundum viſionem judicat oculorum, neque
ſecundum auditum aurium arguit: judicat in ju-
ſtitia pauperes, & arguit in æquitate pro man-
ſuetis terræ: percutit terram virga oris ſui, &
ſpiritu labiorum ſuorum interficit impium* (d).
Supra etiam Chriſti imperium à ſummarum po-
teſtatum diſtinximus *, quas & ipſe ſummas
agnovit (e): Neque enim in mundum venit
Chriſtus turbare ſolio reges: ſalvare venit
homines, & ad fidem convertere (f). Illud
morte ſua, hoc doctrina perfecit (g). pars neu-
tra imperii eſt actus. non imperatur fides. ſua-
detur, præmio poſito, quod quaſi ineſcare,
inlicere eſt homines. Adde textibus expreſſis
Chriſtum ipſis *Apoſtolis* imperium cum inter
ſe tum in alios negaſſe *: Ipſos Apoſtolos mo-
nuiſſe principibus obedire (h): & ipſos agno-
viſſe *. Unde nec imperium hodie *miniſtri*
vel *paſtores*, vel ſinguli vel congregati, habent.
De *eccleſia* quæ cœtus fidelium eſt in eandem fi-
dem conſentientium *, proinde quæ ex fidei
natura imperium adnexum non habet, dicen-
dum, pati liberè ſingulos poſſe ab eccleſia,
id eſt univerſis congregatis imperii actum vel
juriſdictionis adverſus ſe exerceri, & pati

* §65. n. 18. *Vid. Matt.* 10. 6. 7. & 28. 19. *Marc:* 16. 15 *Luc.* 9. 2. I *Cor.* 12. 28. *Eph:* 4. 11. I *Pet.* 5. 2. *Actor:* 6. 4. *L.* 42. *C. d. Epiſ. & cler. ibi Gothof. lit. p.*

* §. 63. n. 2.

a *Ioh.* 18. 36.

b *Luc.* 12. 14.

c *Ioh:* 12. 47.

d *Eſai:* 11. 3. 4.

* § 63. n. 6. & ſeqq.

e § 63. n. 2. §. 67. n. 2.

f *Ioh:* 12. 47.

g § 63. n. 3.

h *Matt:* 22. 25. 26. *Luc* 22. 25. 26. *Matt:* 23. 8. & 1 *Petr.* 5. 3.

* § 63. n. 2.

* §. 67. n. 2.

* § 63. n. 2.

neceſſariò debere, cum ordo debeat eſſe in unoquoque etiam illegitimo cætu ad confuſionem vitandam, proindeque & patiendi neceſſitatem in obligationem deduci per conſenſum poſſe * jure omnino privato; imperium autem vel juriſdictionem, quæ in jure non erat fidelium jam ſubjectorum, dare vel transferre non poſſe *: itaque *eccleſiam* non jure imperare, ſed imperii actum in conſentientes & patientes exercere, uſque dum à civili poteſtate conſenſus, & patientia, & imperium prohiberetur: imperium & juriſdictionem verè exercere, & jure publico, at ſubalterno poſtquam principalis acceſſit auctoritas, quod infra dicetur. Videndum autem quod imperium, quæ prætenſa ſit *Iuriſdictio*, quæ *Legiſlatio*, quam ab Apoſtolis in ſe derivatam nonnulli velint. 4. *Virga* certe Apoſtolica *, quam figuratè ſic appellant, & *Traditio* imprimis *Satanæ* (a), quarum in Scripturis mentio eſt, ſi corpori cruciatum dederit *, divinæ potententiæ opus non Apoſtolorum fuit, qui & ipſi ſanationes ab eo corporis cruciatu, & aliis malis non propriæ, ſed divinæ potentiæ adſcribunt *: Ipſi nempe Deo ejuſmodi remediis emendare, & purgare, per Apoſtolos eccleſiam placuit, cum nulla adhuc dum terrena poteſtas curabat; veritatis certe Evangelicæ convertendis ad fidem Chriſtianam Judæis illuſtriſſima argumenta. Poſt Apoſtolos autem, per eorundem ſucceſſores in veteri eccleſia viros ſanctiſſimos Epiſcopos, præsbyteros, paſtoreſve alios, Deum omnipotentem eum juriſdicendi modum exercuiſſe, non apparet: & qui ſibi hodie vindicare auſus ſit, puto vir modeſtus ejus ordinis exiſtit nemo. virgam nempe oris ſui,

* n. 5. cir. fin.

* §. 65. n. 10 11.

* *Act*. 5. 5. 10. & 13. 11.

(a) 1 *Tim*: 1. 20. 1 *Cor*: 5.

* *Vid*: *infr*: n. 13.

* *Actor*. 3 6. 12. 16. & cap: 4. 7. 10.

5. ſui,ſed cum modeſtia habent. *Excommunicatio* à traditione Satanæ, propter ſingularem ſui effectum, actus diverſus eſt, eoque reſpectu traditione minor, & ſub ipſa ſemper traditione comprehenſa; quippe qui actus exerceri ſine reſpectu excommunicationis non poteſt: quare ſæpius pro iiſdem uſurpantur. Excommunicatio, quatenus *actus poſitivus* ut nunc in uſu eſt, inſtituta per formam judicii, & executa adverſus fratrem inordinatè vel non ex tradita Chriſti doctrina ambulantem, per Apoſtolos, aut deinceps paſtores, aut eccleſiam, antequam principes Chriſtiani eorundemque authoritate religio jam publica roborata eſſet, non legitur. Itaque ante ea tempora *actus negativus* * & ſin- * §. 69.n.10.
gulorum nihil minus atque Apoſtolorum aut eccleſiæ fuit, ſeu religionem & ſententias de Deo, vel doctrinam, ſeu vitæ inſtitutum ſpectes. excommunicatio, quæ vox nunc vulgo uſurpari cœpit, minus propriè dicta. Indicant hoc negantia verba: Si qui ſcortator, idololatra, convitiator, ebrius, rapax ſit, *averſari* eos: cibum cum iis *non ſumere*, *abſcedere* ab iis qui pietatem quæſtui habent: *declinare* diſſidiorum & offendiculorum authores: & generaliter *ſubducere* ſe ab omni fratre inordinatè ac non ex tradita Chriſti doctrina ambulante. qui actus omnes privati ſunt; imperii, juriſdictionis, coactioniſve nihil habent. Quomodo accipiendum quod de *repellendo* hæretico dictum *, Hieronimus *devitare* con- * *Verſio vulg Tit.* 3. 10.
vertit. Nec aliud hoc eſt, *Si frater tuus in te peccaverit, velut Ethnicus tibi & publicanus ſit* *. Eccleſiæ quidem monere eſt ut peccata * *Matt.* 18 15.*ſeqq.*
agnoſcant, ab iiſdem deſiſtant, ordinatè ambulent, ut qui læſit læſo ſatisfaciat: Dictum

enim erat, ſi frater tuus in te peccaverit, *corripe* eum inter te & ipſum ſolum, hoc eſt ad facti mali agnitionem & pænitentiam hortare: Deinde ſi te non audierit, adhibe tecum unum aut duos, quorſum? niſi ut *corripiant*: Quod ſi nec hos audierit, *dic eccleſiæ*: eccleſiæ igitur jus quidem aſſeritur, ſed ut *corripiat* ut peccantem moneat, à peccato retrahat; non ut actum juriſdictionis publicæ exerceat, vel cum poteſtate coactiva quid pronunciet, neque enim nova hic in oratione quę ſpectat eccleſiam denunciandi ratio vel finis diverſus, atque prius in ea quæ ad ipſum fratrem leſum, adjicitur: ſi nec eccleſiam audierit, Chriſti oratio ad eundem privatum redit, ſit *tibi* velut Ethnicus & publicanus: abſtinere ab ejus communione jubet, & tacitè patientiam monet, vindictam prohibet. Sed nec quod ibi ad eccleſiam leſus monetur referre, ad collegium ſtatim paſtorum, vel multitudinem congregatam referri neceſſe eſt: nam & eccleſia cætum non adeo grandem ſignificat, ut Paulus etiam familiam unam eccleſiam dixerit. Ejuſdem notæ ea judicandi fa-
* 1 *Cor.* 5. 12. cultas eſt de qua ad Corinthios *, *privata* & *negativa* quæ publici nihil habeat. Sic privatus priuatum excommunicat, & minor majorem, & privatus eccleſiam, dum ſe ab ea ſeparat, & ab communione abſtinet. Hoc jure receſſum ab eccleſia Romana Reformati fecere: gentiles, Judæi Chriſtum amplexi: & inter ipſos Chriſtianos tot ſeparatæ eccleſiæ, ob diverſas de religione & doctrina & fide Chriſtiana ſententias. Illud verò eccleſiæ quam privatis amplius, quod ante Imperatores Chriſtianos (quaſi tunc in naturæ ſtatu) de-

cer-

cernendi & pronunciandi jus adverſus contumaces alioſve delinquentes fuit; ſed eoſdem in eum actum conſentientes *, vel conſenſu primario vel accedente, (eccleſia enim cætus ex conſenſu voluntario eſt) & eo quidem ſenſu eccleſiæ aliquid decretorii erat: At hoc decretorium non alio quam cum effectu privato, nihil ſecus atque hodie excommunicatione ſua in territorio reformato eccleſiæ non reformatæ, vel reformatæ in papali utuntur. Utriuſque temporis excommunicatio, cum vis ex conſenſu venit, extendere ſe ad eos qui membra non ſunt ejuſdem eccleſiæ, hoc eſt non conſenſerunt, non poteſt: ſecus atque ea quę in ſeparatione & conſortii declinatione, &

* *Sup. n. 3. §. 69. n. 10. §. 71. n. 3.*

7. negatione ſimplici conſiſtit. Verè autem *poſitiva, & publica* facta *excommunicatio*, poſtquam principes religionem Chriſtianam amplexi auctoritatem ei accommodavere *: Sic *affirmativi* aliquid acceſſit, & excommunicationis vox propriè uſurpari cæpit, cum inſtituto judicio, qui vitam inordinatam inſtituiſſe, vel peccatum vel adverſus leges quid admiſiſſe ipſe confeſſus eſſet, vel qui negaſſet adhibitis teſtibus convictus, ſervato juris ordine cum legitima cauſæ cognitione, factaque legum ex ſacro Codice ad rem controverſam applicatione, per ſententiam legitimam cum poteſtate coactiva ab eccleſia ejiciendus pronuncietur, à communione fidelium privetur, & à loco publico ſeu templo arceatur: Quod idem ac in religione Judaica ſub principibus Judæis, Synagoga ejicere, cui actui publica ſemper adfuit auctoritas, dum plectendi modus in civitate ordinarius eſſet: in legibus Imperiale dictum anathema *, quod vel Impera-

* *Vid. Novell. 42. infr. §. 69. n. 10.*

* *L. 5. 6. 7. d. ſum. trinit.*

rator per ſe exerceret, ſin per alios, auctoritatem ab eo & vim publicam haberet. Sed quę excommunicatio publica exerceri per modum 7.
* §. 67. n. 6. pœnæ ob cauſam fidei internæ *, vel mutatam, vel non conſentientem Synodorum decretis fidem, etiam quæ externè prolata publicè in notitiam venit, non poteſt; fides enim interna imperio vel pęnę non ſubjacet: prolatæ externè ſanior doctrina eſt reme-
* d. §. 67. n. 6. dium *: Itaque excommunicatio, ſi receſſus ſit in eſſentialibus (nam qui extra ſit eſſentialia tolerandus) exercenda adverſus recedentem, ab eo cui manifeſta eſt ea fides, impropria, quę in actu conſiſtit negativo, ut abſtinentia ab ejus conſortio, ſeparatione, & negata ſacramentorum exhibitione, niſi actus aliquis contra leges externus accedat qui pęnam mereatur: quo verba etiam privata, magis autem doctrinam e loco publico comprehendo. Quamquam vero mutatæ vel heræticæ fidei, ejus etiam qui tacere volet, nec reſipiſcere tamen, in eccleſia rectè fiet promulgatio, hoc eſt, extraneum eum eſſe ab ea quam alii ſequuntur fide (ſeu ab eccleſia) publicè declaratio, qua vulgo fides ejus innoteſcat, ut declinare ſinguli ejuſdem conſortium & contagium valeant; & jubere eum princeps fines excedere poſſit, non per modum pœnæ, ſed vel ob
* §. 70. n. 19. fin: §. 31. pacem eccleſiæ, vel ſolo territoriali jure *; & ejus qui tacere nolit contumaciam in actu externo, vel, ſi tam impia ſit ſententia, etiam
* d. §. 67. n. 6. blaſphemiam punire *. Fidei autem natura talis non eſt ut pœnæ ſubjaceat. Sed ob vitam inordinatam, non Canonicam, recte in pœnam excommunicatio fiet. In pœnam vero, vel ob fidem factâ, mores noſtri eam moderatio-

nem

nem ſervant, ne arceatur excommunicatus à templi acceſſione, & introitu, cum templa noſtra nihil in ſe ſacramentale habeant, & in iis exhortationes ad reſipiſcentiam fiant. Quâ ratione, & alterâ, quâ publicam nempe factam diſciplinam diximus, ſublata difficultas eſt, utrum invito territorii domino poſſit ſubjectus, vel ipſe territorii dominus à loco publico ar-
8. ceri. Per excommunicationem autem poteſtas maritalis in uxorem non ſolvitur. Nec liberi parentum obſequio *: unde converſari uxores cum maritis, vel cibum cum iis ſumere, liberi cum parentibus, non prohibentur, quin
9. ſi poteſtas duret, juſſi tenentur. Neque excommunicationis fulmen ad exteros extenditur. Nec in aliam recipi eccleſiam excommunicatus, ut una provincia interdictus non verſari in alia prohibetur; niſi loci utriuſque domino ita placeret, vel inter diverſos pacto convenerit; vel lex eſſet quæ utrumque obliget *: Cætera diſtinctæ ſunt eccleſiæ regnis & territoriis ſuis, ab altera non pendent: princeps quiſque eccleſiæ ſuæ caput (a) ſub Deo, quomodo omnis ejus poteſtas ſub Deo: nec altera alteri jus dicit *. Una per univerſum mundum diſperſa Catholica eſt, cujus ſolus Chri-
10. ſtus caput *, univerſi dominus. Quibus conſequens, excommunicari efficaciter principem, vel ullam in eum exerceri cenſuram publicam, niſi ultro ſubmittentem non poſſe, dum à nolente actui ſua ſubtrahitur authoritas, quâ ſubtractâ actus poſitivus reincidit in negativum, quo facultas fit ſingulis ejus declinandi præſentiam, donec juſſi poteſtate imperiali
11. adeſſe teneantur. Quo jure & ſolvere ſubjectos pœna excommunicationis poteſt, quatenus

* *Vid. Concil Gangrenſ. can.* 16.

* *Vid. Can. Apoſt.* 21. 31 *Synod: Conſt. in templo Sophiæ can.* 1.

(a) § 63. *n.* 2. 7.

* §. 96. *n.* 10.

* §. 63. *n.* 7.

nus effectus hæc poſitivos habet: habet enim
* § 40. n. 4. § 66. n. 8. § 67. n. 4. fin. eatenus ignoſcendi facultatem *, quam inſigniter probat locus ex Ivone Carnotenſi Epiſcopo, juris eccleſiaſtici contra reges propugnatore acerrimo, optime ad hanc rem accommodatus *. Quare & ſacra facere reſtitutis & intra eccleſiam recipere quos Imperator cenſuerit, ſi paſtores recuſent, parata adverſus eos vel per pignorum capionem, vel miſſionem in bonorum poſſeſſionem, & alia remedia
* *Apud Grot. circ. ſacr: cap 9: n: 26*
coactio eſt. Idem cum ſuperiore circa falſos 12.
doctóres judicium eſto, quod enim ante imperia Chriſtiana *fugere* paſtorem alienum, *cavere* à pſeudoprophetis, nec in domum eos *recipere*, nec *ave iis dicere*, (qui actus privatorum erant, nam & privatis dictum *) poſtea cum ab imperio *poſitivi* aliquid actui acceſſit, *deponere*, & *exauthorare* dici cœpit: atque hoc ſenſu depoſitio, excommunicatio *actus civilis* eſt *, quod virtutem publicam & coactivam à civili poteſtate habeat. Quomodo diverſa ex- 13.
communicatio à traditione Satanæ eſt, ita *retinendi peccata poteſtas* * ab excommunicatione ſeparanda: poteſt enim retinendi poteſtas abſque excommunicatione exerceri: excommunicatio, quæ major eſt, ſemper retentionem includit, unde confundi ſolent. Sed & ipſa retentio eadem apud nonnullos cum poteſtate tradendi Satanæ ſolet haberi, quaſi cujus peccata retinentur extra eccleſiam ſit, is autem in regno Satanæ, quo ſtatum omnem extra eccleſiam, non virtutem illam ſeu effectum, de quo ſupra *, ſpecialem deſignant. Ab aliis autem diſtinctè conſiderata, nihil aliud eſt peccata remittere & retinere quam ſimpliciter peccatoribus ob oculos peccata ponere, & ex verbo Dei, nullo

* *Matt.* 7. 15.
* § 67. n. 5.
* *de qua Matt.* 16. 19.
* n. 4.

lo imperii jure, oſtendere, denique pronunciare *, non pœnitentibus peccatoribus ab ipſo Deo peccata retenta fore, cujus pæna mortis ſit æternæ, pœnitentibus remiſſa, cujus præmium vitæ æternæ: ſic applicatio eſt miniſterialis & nuda verbi ad perſonam. Talis applicatio, monitio, & annunciatio fit ad ſacram Synaxin acceſſuris, ut qui involuti peccatis, nec reſipiſcentes, ab communione ſe abſtineant, ne judicium ſibi manducent: ſed quod monendi jus ad reſipiſcentiam, & annunciandi ex verbo Dei non pœnitentibus cur æque ſingulis privatim non competat, hactenus non video. Ipſa vero peccatorum vera & actualis retentio & remiſſio ſolius Dei opus eſt, qui animis & cordibus dominatur, & Jeſu Chriſti qui eam poteſtatem à patre accepit, dum uterque veros pœnitentes novit. Unde jus hoc referri ad juriſdictionem ſeu imperium ſpirituale debet *, & ad omnipotentiæ ſpeciem quæ omniſcientia dicitur, nulli vel collegio in terris vel ſingulis communicatum: neque vero paſtorum, vel pontificis, vel cujuſquam hominis ea juriſdictio & poteſtas eſt, quorum non ea vis ſit & penetrantia in interiorem hominem, ne duos omniſcientes ſtatuamus, hominem Deo æqualem; & inanis porro noſtra precatio, qua à Deo remiſſionem oramus peccatorum, fruſtra ad Deum ituri ſi quod petimus poſſit in terris haberi. Sed ut diminuta eo jure (vere retinendi & remittendi) eccleſiæ vel paſtoribus conceſſo majeſtas divina, ita in totum ſublata civilis eſſet, quæ cum corpus occidere, animam non poteſt * (dum hic ſolius veræ retentionis ſit effectus) eccleſiaſticâ vel paſtorali poteſtate longe eſſet inferior. Adde

* *Sup. n.* 2. *fin. Eſa.* 11. 4.

* *Conf.* §. 63. *n.* 6. *ſeqq.*

* § 96. *n.* 3.

de juriſdictionis eam naturam eſſe, bene vel male judex judicaverit judicatum ab authoritate judicantis effectum ſortiatur; paſtores in remittendis vel retinendis peccatis ſi erraverint, prætenſa juriſdictio ex uſu clavium virtutem ullam aut robur habere omnino nequit, dum operari quicquam in non pœnitentibus ad ſalutem, in pœnitentibus ad condemnationem non poteſt: neque enim apud Deum de ſacerdotum ſententia, ſed reorum vita quæretur: quare verba, *Quorumcumque remiſeritis peccata, ea remiſſa ſint*, applicationem veram & effectum demum in caſum non admiſſi erroris habent, de quo in fine ſecul ſupremum, definitivum, ac decretorium reſervatum ſoli Chriſto eſt judicium. Quod ad juriſdictionem 14.
eccleſiaſticam circa ſummam poteſtatem attinet, pænitentiam ei peccanti paſtor recte monet, hoc eſt, ut malè admiſſum agnoſcat, & ipſe condemnet, factumve nollet, & leges Dei pænales iramque divinam ei rectè proponet, quod ad ipſam pœnitentiam ſpectat: pœnitenti gratiam divinam annunciat: non pænitenti abnunciat, nil ſecus atque in privato dictum. At publicè pænitentiam jubere, ex inſtituto humano eſt. principis perſona libera à lege humana & coactione eſt. quod publicum in pœna eſt, effectus juris poſitivi eſt. atque eatenus veriſſimum, leges pœnales ad principes non pertinere *, quippe quę civiles ſunt. * ſub quibus canones ſeu conſtitutiones eccleſiaſticæ veniunt, & leges etiam divinæ, quatenus ipſi earum publici ac ſummi interpretes ſunt *. Peccantem alios exemplo publicè monere principem laudabile quidem eſt, dummodo ita temperet, ne auctoritatem minuat &

* §. 39. *fin.*
* §. 26. *n.* 9. §. 27. *n.* 6.
* §. 70. *Introd.* §. 3. *n.* 8. §. 69. *n.* 4. 5.

& in ludibrium cadat: unde calamitatis ſuæ
Henrico Imperatori initium, & Paparum inſo-
lentiæ: A ſacerdote juberi ex voluntaria ſub-
miſſione eſt. privatim is corripiat, placidè, quod
poſtulat honor Principi debitus, & ad pœni-
tentiam ſatis eſt; publicè apud concionem vi-
ri immoderati *, & turbas excitare ſoliti, & * §. 57. n. 4.
contemptum principi: quin & in privatum
omnino inſolens eſt. rem indignam Cicero
exiſtimavit, ſi quis crimen audiret eo loco quo
refellendi non eſſet copia. Quod liberius ea
in re Prophetæ evagati fuerint, rarius factum
legitur, & ex ſpeciali Dei mandato: ſacerdo-
tes eam ſib licentiam nunquam ſumpſere, ob-
ſequentes divinæ legi, *Principi ne maledicito* *. * Exod. 22.
atque ita *uſus clavium* qui dicitur, circa prin- 28. Actor. 23.
15. cipem exercetur. Totum igitur quod paſtori- 5. Can. Apoſt. 83.
bus vel eccleſiæ impropriè *imperium* & *juriſ-
dictio* aſſeritur, ſine coactione eſt, non decre-
torium, non definitivum, non coactivum,
non imperativum; ſed ad jus legis *declarati-
vum*, & fidei *ſuaſorium* referri debet, adjunc-
ta pœnæ comminatione quæ Deum auctorem
habet; quare miniſterium rectè, imperium
non niſi impropriè dixeris: *Arma eorum carna-
lia non ſunt ſed ſpiritualia* *, quod verbum * 2. Cor. 10. 4.
Dei eſt, & gratiæ divinæ negatio, & per vir- Eph. 6. 17.
gam vindicta, de qua ſupra*. Itaque apparet Eſai. 11. 4.
imperium, juriſdictionem propriè ſic dictam, * n. 4. & ſeqq.
paſtores vel eccleſiam neque ex natura, neque
16. ex doctrina Euangelii habere. Quare nec *Le-* §. 67. n. 7.
giſlatio propriè dicta iis competit. quod jus
adeo juriſdictioni adnexum & imperio & ma-
jeſtati proprium eſſe diximus, ut ſine ea dici
majeſtas non poſſit: eſt enim obligatoria legis
virtus, quod jus in perſonam ſupponit *, quæ * §. 27.
ra-

ratio ut hic & in juriſdictione, ita in reliquis imperii juribus valere debet. Adde congregare eccleſiam, Synodum ſine authoritate
* § 65. n. 9. ſummi imperantis non poſſe *, quare nec fieri
§ 71. poteſt, ut ſine ejuſdem authoritate leges condat, ſed neceſſe omnino uti à ſumma pote-
* § 67. n. 8. ſtate promanent *. An ipſi Chriſto in terris
§ 69. legiſlativa poteſtas fuerit, ſupra vidimus *.
* § 63. n. 7. Ceterum hæc jura habere eccleſiam concedi 17.
omnino debet, ſi aliis inpermixti fideles vel tota civitas Chriſtiana populari regatur imperio, quod fit, ſi ubi eccleſia eſt, nulla alia ſit poteſtas: eadem enim ibi res civitas & eccle-
* § 65. n. 5. ſia eſt *. civitas qua cives & imperantes, (diverſo reſpectu) eccleſia qua eoſdem omnes fideles complectitur. & modus & forma conſtituendi imperii in civitate & eccleſia idem ex conſenſu eſt. Propriè autem loquendo, ut imperium penes cœtum fidelium non qua fideles, ſed qua populus liber ſit. fides imperium non tribuit, nec cum eo quicquam commune habet. Adde idem juris eſſe, ſi extra imperium eccleſiam velut in ſtatu naturali & ſui juris ex
* n. 3. ſupr. mutuo coeuntium conſenſu conſideres *. Et idem manere jus eccleſiæ ſub imperio, dum nulla prohibitio ſit, at effectu privato, ut ſupra dictum, & infra plenius. Extra hos caſus mandatum eccleſiæ imperium, mandata juriſdictio, & legiſlatio eſt, quæ nomine ſummæ
* § 67. n. 9. poteſtatis exercentur *: Quomodo & mandatum olim Sacerdotibus imperium, nec ſemper ita anguſtum ut intra uſum clavium iuriſdictio, legiſlatio intra ſacra coarctetur, ſed vel ad negotia civilia pateat, cum addita Sacerdotibus magiſtratura, & judicia ſint, quod & ſummo, & aliis contigit ſub Vetere Teſtamento

mento, & extra Hebræam aliis ſepe Gentibus, & Imperatoribus etiam Romanis uſurpatum, unde titulus in Codice, *de Epiſcopali audientia*, & in Novellis conſtitutionibus loca obvia, & hodieque idem jus apud Principes Chriſtianos videas: quin & legibus Romanis Patriarchis, & Primatibus Judæorum conceſſum. Semper autem ſub Rege: quare eo ſenſu imperium, & functio licet imperativa, reſpectu tamen ſummæ poteſtatis miniſterialis eſt. Atque hoc jure imperium etiam in eccleſia damus, ſed quale in militia (quæ cætus & eccleſia armatorum, vocatorum ad arma eſt) ut parte ſtatus politici, à ſumma poteſtate promanans. Atque hæc ordinem fere in eccleſia & regimen ſpectant. de imperio circa fidem, ſeu de Deo ejuſque verbo privatorum ſententias, & facienda in materia religionis & fidei ex Imperatorum juſſu deinceps dicturi *.

§. LXIX. *Et ipſa ſumma poteſtas non leges tantum proprias, ſed & naturales, & veteris, & novi Teſtamenti publicas facit, vimque publicam, & robur publicum in civitate accommodat.*]

1. Non quærimus an leges ſint. eſſe enim tales, quas naturales dicimus, nemo dubitat. Et quæ in Vetere Teſtamento in vim legis ſeu præcepti tradita ſunt, leges eſſe, nullus inficiabitur. Quæ in Novo Teſtamento, quatenus leges ſint, infra dicetur *. Sed & qui eas quas leges nunc dicimus, abſtractè & ſimpliſſime, nullaque facta applicatione, vel reſpectu habito ad perſonam, Canones ſeu regulas, non leges dixerit, non multum aberraverit: quamvis forte, extra quam eſt neceſſe, ſubtilis fuerit. Leges igitur nobis ſunt. Sunt & divinæ, ſunt profecto. Unde & obligandi vim effica-

* *Infr:* n. 9. *adde* § 63. n. 7.

efficaciſſimam habent, & præſtandæ obedientiæ, etiam internæ, neceſſitatem arctiſſimam imponunt cunctis ex toto univerſo mortalibus, qui leges eas eſſe Dei ſeu divinas agnoſcunt, propter legislatoris auctoritatem, & conſcientiam propriam. Sed quod paulo attentius conſiderandum. De *lege naturali* veriſſimum eſt, pro lege habendam & ipſam ſecum authoritatem ferre, nec aliunde petendam, dum qui ratione utitur, hoc cogitet, rationem à ſolo Deo eſſe. Idem de *poſitivis*, dum qui eas intellexerint, vel inſpexerint, Deum earum authorem agnoſcant: unde & eorum reſpectu lex naturalis, & ſcripta vel ſcriptura Canonica rectiſſime à Deo dicitur, (quatenus legem Canon ſignificat) & à Deo authoritatem habere, & obedientiam eis deberi. At qui negare Deum, vel ab eo rationem, vel leges ſcriptas eſſe, leges iis dici non poſſunt, quippi qui habendi tanquam ſint extra regnum Dei, Deum totius univerſi Regem negantes (quamquam & ipſi à Deo neſcientes regantur) dum nec authoritas à Deo, conſequenter nec prædicari de iis ſubjectio, obligatio, vel obedientia iiſdem legibus, tanquam quæ extraneæ non credentibus habentur, & alienæ, nihil ſecus atque non proprii judicis quis legibus non obtemperat dum ſubeſſe ſe ei vel imperatori vel legiſlatori neget, quaſi quod ſe attinet dicat eas leges vel imperatorem non eſſe, eoque perſuaſus fundamento ſequi etiam forte optimas negligat, non optimas perſeveret. Sunt Gentibus ſuæ leges, ſunt Mahumetanis, ſunt aliis, quas pietas Chriſtiana non novit, ſed vel totas repudiat, vel non totas admittit, quarum proinde vis canonica vel ob-

obligativa pertinere ad nos Chriſtianos nihil magis quam eorum Senatus conſulta poſſunt, quippe quorum in nos majeſtatem & jus legiſlativum non agnoſcimus; neque tamen leges eſſe deſinunt iis, qui quem præ ſe ferunt authorem & jus ferendæ legis agnoſcunt. Sed & ita receptæ, etiam ab agnoſcentibus Deum authorem, legiſlatorem, ipſæ leges naturales & poſitivæ divinæ, privatæ ſunt leges, & obligatio omnium privata, quatenus a privatis ſingulis receptæ: quo ſenſu & authoritas eo-
2. rum privata, ab judicio nempe privato. Publicum propriâ ſignificatione hic dicimus, quod a publica, id eſt, ſumma poteſtate receptum, & in civitate probatum ſit, quippe in ſummæ poteſtatis perſona totus populus conſpiciatur *: Hinc ſola principis perſona publica. publici privatorum eſt nihil. Adde non unam ſingulorum omnium eſſe voluntatem & judicium. unde quid publicum, incertum, vagum, diſtractum, vel nihil etiam publicum*. De *publico* igitur in naturalibus & veteris & novi Teſtamenti legibus (de quibus propoſita theſis eſt) ſi reſponſum quæratur, reſpondendum erit, ubi locorum receptæ ac probatæ à publica poteſtate fuerint (neque enim veteris omnes totus mundus ſervat, & non exigua univerſi portio Chriſtum non adorat) jam non privatas, ſed publicas eſſe leges, ſeu Canones vel regulas (quomodo ſimpliciſſime ſupra conſideravimus) facta applicatione ad civitatem ſeu populum publicas jam factas, à receptione & judicio publico. Tunc verò receptæ à ſumma poteſtate cenſentur, ſi docere legem & ad eam actiones componere ſub ejus auctoritate & tutela liceat (à quâ diverſa conniven-

* §. 94. n. 4. 65. n. 13.

* Infr. n. 8.

R tiæ,

tiæ, tolerantiæ, & ipſa permiſſionis ſignificatio eſt:) ſi templa, loca publica aſſignentur in quibus leges doceantur: miniſtri ab eo conſtituantur qui doceant: privilegiis decorentur: pœnis defendantur: reipublicæ ſumptibus ſuſtineantur (quas religionis publicæ
* §. 64. partes ſupra enumeravimus *) ſed omnino ſi ipſa ſumma poteſtas eaſdem ſibi leges ut privato receperit, vel recepiſſe ſaltem externè pro-
* §. 70. n. 20. fiteatur. de internis Deus judicat *. *Publici*
§. 63. n. 5. 6. autem effectus ſit, cogere poſſe imperan-
* § 70. n. 5. 15. ſeqq. tem * ad eas leges ſubditos actiones omnes
§ 93. n. 4. 6. ſeqq. ſuas externas accommodare, ne ſi hanc publici circa externa efficaciam non demus, vel nullam dare neceſſe ſit, vel inanem *publici* vocem pronunciare. In his publici virtus eſt, 3.
quam *vim publicam* & *robur publicum* appellavimus. Utrumque autem, & publicum, & virtus ea ſeu effectus publici cum in ſolos ſit ſubjectos, qua tales, *in civitate* diximus. His præmiſſis ad leges ſingulas, & publicum in iis, ordine & per ſua tempora veniamus. *Naturales* quod attinet quatenus Dei cultum ſpectent, non eſt ut publicas eas ante imperia di-
* §. 65. n. 1 camus, cum jus ſingulis eſſet colendi Dei
§. 80. n. 2. modum jure proprio ſibi eligendi *, ita dum quiſquis eo ſuo modo coleret quem naturalis cuique ratio dictabat Deo honorificum eſſe eique maximè convenire, & ſervaret eas quia inſcriptas ut æternas à ſupremo Imperatore cordi ſuo agnoſceret: quod jus contractum
* §. 65. n. 1. deinceps in * patribus fam: in quorum ſin-
§. 80. n. 3. guli poteſtate eſſent: Agnoſcebant autem & ſinguli & patres à ſummo numine eas leges, cum rectam rationem contingere homini niſi divinitus ſciebant: unde apud ſingulos iis au-

ctori-

ctoritas *, & præſtandæ obedientiæ etiam in- * Supr. n. 3
ternæ neceſſitas. ſic non publicæ eæ leges. Et
4. ita de aliis naturalibus. Publicę autem factæ
ſunt dum ab imperio Deum colendi modus
(jam ſingulis receptus) comprobatus, vel prę-
ſcriptus etiam congruenter legi divinę, eoque
modo publicę quatenus in legem aliquam im-
perantium ſcriptam ſeu poſitivam influxere
vel aliter vis publica iis accommodata. Ita
Dei cultum ſi ſpectes (ut in iiſdem terminis
maneamus) quem Abrahamus fidelium prin-
ceps * inter ſuos modum certum probavit, * §. 70. n. 5
inſtituit, publicus is eo ſenſu inter ſuos dici
potuit. Eodemque reſpectu cultus publicus
quem dictavit Moſes dux Iſraëlitarum ſum-
mus. Quem ſecuti Reges. Quem inſtituit
Chriſtus probantibus Imperatoribus Chriſtia-
nis, in hæc uſque tempora, ſuo uſi jure, &
patrum, & ſingulorum ante imperia. Unde ab
iis cultus publicus (vel canonicus, quatenus,
lex publica eſt canon, minus propriè) & pub-
lici poſito effectu ex ſubjectione poteſtati pu-
blicę, obligatio ſingulorum ad eum colendi
modum, qui principi ex ſuę rationis dicta-
mine ante legem latam ſub cultu naturali, &
poſt legem ſub cultu inſtitutivo, vel divino
vel humano, ſecundum legem & inſtitutum,
placeret. Eodem modo alię leges naturales
publicę per principes factę. Sed quę & ipſæ
civiles recte dicentur ex accedente authoritate
civili, quæ vim & efficaciam tribuat in foro
civili * (ſunt enim quæ effectum in foro ci- * *Introd.* §. 3 *n.* 8. §. 27. *n.* 7.
vili non habent, & extra publicas ſunt tabu-
5. las *.) Ad *publicum legis* divinæ *ſcriptæ* ſeu * §. 39. *fin.*
poſitivæ quod attinet, & primò ad *Decalogum*
(quæ prima lex ſcripta fuit) qua parte aliquid

præceptivi habere præter legem naturalem & colendi Dei modum dicetur * (ubi enim in naturalem incidit, idem de ea, quod jam dictum de naturali, dicendum) *publica lex* facta eſt quia pro lege eam Moſes princeps Iſraëlitarum ſummus ſibi recepit, & in civitate probavit. Recepit autem & probavit actu cum eam populo tulit, ipſo enim quod tulit pro publicâ recipi & haberi voluit. Quid quod ni populo tuliſſet ne pro *lege* quidem (poſitiva & diverſa à naturali) ſimpliciter valuiſſet? neque enim valere ea lex poſitiva *pro lege* potuit, ideo quod ſciret populus eſſe legem *Dei*, neque enim loquentem Deum audiebat: nec quia eſſet verbum *Dei*, quia eſſe non potuit, cum aliud quicquam pronunciare potuit Moſes quam in monte intellexerat. Collectio hinc ſit, ſine dicto Moſis populum *legiſlatorem* ignoraſſe. noverat quidem Deum eſſe, eumque legiſlatorum ſummum, ſed ejus legis latorem eſſe quam in monte datam ſibi Moſes annunciabat, ſcire non poterat, niſi per revelationem ſupernaturalem ſimilem, quæ Moſi contigerat *. qualis utique populo non contigit. Iterum, ni Moſes tuliſſet *promulgatio* deficiebat, quæ legem populi reſpectu legem facit eſſe, dum ignorata pro lege non habetur *. Igitur quod lex, poſitiva nempe, eſſet, ſi ab Moſe fuit quia populo tradidit, magis quod *publica* eſſet ab eodem fuit. Sed & cum tradendo pro lege enunciaret, & pro lege ipſe reciperet & probaret, publice haberi à populo voluit: Ita *habere* populus debuit & *obedire* ei, quia (quod omne præcedit imperium & obedientiam) totus populus promiſerat *audire* Moſem *, hoc eſt obedire

* §. 92. n. 3.

* n. 7. hic

* §. 27. n. 9.

* Exod. 20. 19.

dire ei, in quo effectus eſt publici. Ita nempe,
credidit prius populus Moſi * dicenti à Deo *d. n. 7.
ſe populo Ducem & Imperatorem conſtitutum,
Deum ipſi modo ſupernaturali locutum ea quæ
populo traderet, ita quod ore ſuo pronunciaret verbum legemque Dei eſſe: (neque enim
ſcire ea poterat) * hæc cum crederet populus eâ *d. n. 7.
ſolâ ratione quod crederet, ad duo quidem
tenebatur, ducem Moſem & Imperatorem
agnoſcere *, eidemque obedientiam ultro *Sup. n. 1.
præſtare; quæ qui è credentibus negaſſet, fieri
non potuit quin cum Moſe una Deum contemneret à quo jam prius autoritatem agnoverat:
exigere vero à populo obedientiam externam
jure aliquo imperativo eo ſolo quod crederet,
Moſes non potuit, niſi profitendo populus
actu externo jus Moſis à Deo agnoſceret, quæ
ſubmiſſio ſimul fuit Moſi, ex eaque ſubmiſſione imperium * & obedientia externa (a) quam *d. Cap:
expreſſe promiſit populus (b). (neque enim Exod: 20. 19.
ſola fides obedientiæ promiſſionem & impe- a §. 70. n. 17.
rium includit *.) Hinc civitas, & regnum, b Exod. ibid.
& regni jura Moſi ſub Deo, inde jus *legem pu-* *§. 63. n. 5.
blicam faciendi, & obligatus ex ſubmiſſione §. 70. n. 20.
ſeu promiſſo populus pro lege publica accipere
eique obedire fuit *: noverat enim ex fide *Sup: n. 2.
aſſeverationi Moſis datæ legis *authorem* Deum
eſſe, *tenorem* ex promulgatione noverat, ut
ad obligationem jam nihil deeſſet. Ita efficax
ad populum pervenit, & publica facta populo
obedientiam externam impoſuit, imperanti
cogendi jus dedit, quatenus infra plenius dicetur *. Ipſe Moſes poſtquam traditam à Deo *§. 70. n. 1.
legem accepiſſet ei ſolus obligabatur, cum ſo- ſeqq: §. 93.
lus ejus latorem noverat, eique ſoli promul- n. 4. & ſeqq:
gata eſſet: poſt traditam populo, cum ſimul

& eidem legem eſſe voluit publica facta eſt ex voluntate Moſis, & obedientia legi publicè debita, & ad obedientiam coactio ex ipſa eadem cauſa quę Moſi volendi cum efficacia poteſtatem dedit, ſubjectione puta, ſine qua nulla obedientia, omnis autem neceſſaria per ſubjectionem: in non ſubjectos ut deficiente cauſa, nulla voluntas, nihil publicum. Quid igitur ſi falſa Moſes & ex proprio figmento quædam tradidiſſet? pro lege nihilominus valuiſſent, non propriè quidem ex ſubjectionis vi ſeu intentione populi; neque enim ſubjicere ſe fraudi populus voluit, quam profectò ſi præſciviſſet, in obedientiam non conſenſiſſet, ſed quod credulitate nimia & fiducia in Moſem cum circumventus tunc fuiſſet, in ea nihilominus perſtaret fide & opinione quod eſſet verbum Dei, Deus ipſe auctor legis, à quo conſtitutus vicarius Moſes. Unde credentibus obligatio interna: non credentibus ſubjectis, dum in rep. eſſent, externa *, his non ſubjectis ne lex quidem *, minus autem

Ex §. 70. n. 17.

Sup: n. 2.

publica. Atque ita Decalogi lex divina publici reſpectu, quod ab authoritate eſt publica, 6.
civilis etiam dicta. Idem de toto *Pentateucho* in queſtione *publici* eſto judicium, dum leges judiciales, leviticas, ceremoniales ab ipſo Deo Moſi, à Moſe populo, Magiſtratibus, ſacerdotibus dictatas vel ſcriptas continet. Quare quæ jam dicta de Decalogo plenius, quatenus à naturali diverſa, pro repetitis hic habeas. Sed & quæ Moſi, in publico harum legum, eadem Joſuæ *, Sauli *, & Regibus ſequentibus jus & poteſtas fuit. *Deuteronomium* ſpecialiter (qui liber ultimus eſt Moſis, & velut codex repetitæ prælectionis brevem habet

* *Ioſu*: 1. 16. 17. 18.

* 1 *Sam*: 10. 19. §. 63. *n.* 2. §. 70. *n.* 7. 8.

bet repetitionem legum anteriorum, admixtis interdum novis) multa poſt Moſis & Joſuæ tempora cum deperditus diu fuiſſet, repertus denuò vim legis publicæ & auctoritatem à Joſia accepit, quia ipſe recepit & ſervari publicè pro lege (Moſis) Rex voluit *: ſi cui * 2 Reg: 23. 1. 2.
7. non viſa lex eſſet à Moſe ſcripta, actiones nihilominus externas temperare ad eam debuit quatenus infra dicetur *. *Prophetarum* ſcripta * §. 70. n. 15 ſeqq: §. 93. n. 4. ſeqq. publica etiam à ſumma poteſtate facta, cum ſibi ea reciperet, hoc eſt pro veris probaret. quod ſtatim contigit, nec vero prius, atque ipſi prophetæ pro veris ei probati fuere. Probandi igitur pro veris argumenta ex ipſa lege divina hæc duo colligas: Si prædictiones eorum convenientes vel non repugnantes eſſe veræ religioni à Moſe inſtitutæ prædictionum materia, veras autem eaſdem eventus probaſſet *: niſi prædictio eſſet extra materiam religionis, quo caſu ex ſolo eventu argumentum eſt ſufficiens. Credendum enim, cum talia pronunciarent quæ ſcire plura ante eventum ſecula virtute humana omnino nequivere, inſpiratione, relevatione divina (quam, ſi placet, & ſpiritum, & rationem ſupernaturalem appellabis) ea pronunciaſſe; & ab hiſſe, cum veræ religioni convenirent, fraudem omnem, dolum malum abfuiſſe: Quibus vitæ accedat integritas, pietas, miracula imprimis à Deo in eum finem adhibita ut fidem operentur, quæ falſi præſumptionem excludant, ſed & veri faciant præſumptionem affirmantibus iis, quæ dicerent, virtute divina ſupernaturali revelata. *Præſumptionem* dixi, cum probari ea revelatio ratione naturali dubitanti vel neganti nemini poſſit, ut proxime dictum *: & pietas, miracula, pro- * n. 5.

* Deutron: 13 & 18. Ieſm. 28. 9.

babilia ſane, omnino infallibilia non ſint argumenta, in quibus tuto judicium ac fides acquieſcat. Quæ repugnaret religioni veræ prophetica prędictio, ut ſi à vero Deo retrahat, populum moneat alienos ſequi, (quod aptiſſime ad ſummos Imperantes referas *.) vel eventus veritatem non probaret, non vox ea à Deo (a), itaque propheta non verus dicendus, cui fides non debeatur *: hoc eſt quod Johannes dixit, *Probate ſpiritus an ex Deo ſint.* rationem addit, *quoniam multi pſeudo-prophetæ prodierunt in mundum* *. Sed & incertum interea prophetæ dictum, dum eventus penderet. Quid igitur ſi pluribus de re futura conſultis contraria duo reſponderint, uterque miſſionem à Deo, revelationem ſupernaturalem obtendat, & verum Prophetam ſe affirmet, & utrumque ex lege argumentum deficiat, hoc eſt cauſa civilis forte, ſeu extra materiam ſit religionis, nec dies venerit, utrius dicto ſtandum putes, uter pro vero habendus? ſunt enim caſus ejuſmodi *. Præſumptio interea pro eo erit quem divinæ virtutis teſtimonia, id eſt ſequutus prædictionem alteram, vel plures priores, antecedentes, eventus prophetam verum à Deo ad id muneris electum, probaverint, hoc eſt, propheta quaſi in eo munere confirmatus ſit, quò dicto ejus ſequenti major fides debeatur; non ſoli, ut alterius omnino repudianda ſit, ſed in dubio ei magis credatur, & interim dum necdum venit dies ei tanquam vero ſtetur, præſumptione humana. Quid ſi neutrius fidem teſtimonia priora juvent? Ardua quæſtio eſt, quam cujuſque privati definiet conſcientia, ſumpto argumento ab integritate, pietate, per-

* §. 67. n. 3. fin. §. 83. n. 1.
a Deuter. 13. & 18. 20.
* Ierm. 23. 16. & 14. 14
* Ioh. 1 cap. 4. 1. adde. 1 Reg. 22. & 13. eod.
* V. d. 1 Reg. 22. Ierem. 28.

perſonæ, miraculis, & quæ plura movere judicium poſſint. Semper autem videndum, utrum tanquam prophetæ, quaſi ipſius Dei verbis, & ex revelatione ſupernaturali, utrum tanquam privati locuti fuerint. Atque hæc quidem argumenta ſint quibus propheta verus probetur. De ipſis autem cum judicare ſummę ſolius poteſtatis eſſe debeat, ut publicum, & definitivum quod obtemperandi credentibus ſingulis imponat neceſſitatem, & unum, certumque ſit judicium, ſequitur, ut publica habeantur Prophetarum ſcripta pendere ab ejuſdem ſummę poteſtatis judicio & authoritate debere. Sed & cum reſpectu totius legis ad partem ſingularem Prophetarum dicta referri debeant, non poteſt pro lege publicè admittendi ea poteſtas denegari ei, cui jus ſit, legem vel totam, vel partem, vel omnino non admittendi, quod ſupra probatum eſt. Singulis quidem ejus diſcriminis, vera Prophetarum effata vel falſa eſſent, prędictiones eventui reſponderent vel minus, libenter damus judicium *, (ipſe Chriſtus ad Judæos ut perſuaderet iis eſſe ſe & adveniſſe Jeſum Chriſtum, Meſſiam, Salvatorem, *Scrutamini ſcripturas, illæ ſunt quæ teſtimonium de me perhibent.* prophetarum intelligit vaticinia) ſed quod privatum eſt judicium, & varium plerumque, & incertum ex ſententiarum diverſitate. Publicum non poteſt non ejus ſolius eſſe, quem penes ſumma & publica eſt poteſtas, cujus una ſit ſententia, & unum certumque judicium. Si extra prædictionem prophetarum ſunt dicta, nihil diverſum puto in quæſtione noſtra
8. *publici*, atque de Apoſtolis, & aliis Doctoribus reſpondendum. *Apoſtolorum* itaque, & ip-

* § 34. 87 & n. 4. 21.

ipſius *Chriſti*, Magiſtri & Doctoris ſummi, dicta, ſcriptaque quod attinet, totumque quod fœdere novo continetur, privati quidem ſinguli à judaiſmo vel gentiliſmo ad fidem Chriſtianam converſi (qui Jeſum eſſe Chriſtum fide interna amplexi, eſſe Filium Dei, veniſſe in mundum, pronunciaſſe eas quæ ab Apoſtolis in euangelio ſacratæ ſunt regulas, Apoſtolos autem ex dictamine Spiritus divini ſcripſiſſe crederent) eas regulas ſeu canones pro legibus ſed privatis, fide ac judicio, privato facere & habere ſibi omnino potuere dum pro legibus reciperent, (receperunt enim, quia crediderunt) quæ & receptæ interne eos obligarunt *.

* Sup. n. 1. fin.

Publicas verò facere vimque publicam accommodare Chriſtus & Apoſtoli, quorum officium in doctrina & perſuaſione erat, non potuere; unde privatæ manſere, donec ad fidem converſi Principes eas ſibi recepere, ex quo regulæ factæ publicæ dum ipſi ſervari pro legibus voluere. Hinc plurimæ de ſervanda *doctrina Evangelica*, fide Apoſtolica Imperatorum conſtitutiones, & Juſtiniani cunctis imperio 10.
ſuo ſubjectis manifeſtata fidei ſuę confeſſio *.

* L. 5. 6. 7. d. ſum. Trinit.

Idem de publico *Canonum Apoſtolicorum* ſit judicium, ſive ab ipſis Apoſtolis, ſive ab aliis conſcripti fuerint, de quo inter doctos eſt controverſia. Maximum autem quod legi divinę vel Apoſtolorum, vel Prophetarum, & vel toto fœdere antiquo ſcriptis ex publico accedit, confirmatio & defenſio eſt *, dum princeps decreta, juſſa, vetita legum divinarum civili confirmet, & in publicas relata tabulas defendat; cum quæ extra publicas ſint tabulas, ut naturæ leges, unicum Deum omnipotentem legiſlatorem ſummum defenſorem & vindicem habeant *.

* ſupr. n. 1. fin.

* §. 39. fin.

Ad

Ad *Conciliorum* ſeu *eccleſiarum* decreta quod
attinet, quę valere pro legibus nonnulli ſatis
indiſtinctè volunt, tanto effectu ut *publicè* o-
bligent ſingulos, in materia etiam fidei, non or-
dinis ſolum, repete quod proximè dictum *, * §. 68. *n.* 15.
Eccleſiam, vel paſtores poteſtatem legisla- 16. *& p. tot.*
tivam vel coactivam non habere; quare de-
creta pro legibus, nedum publicis, non va-
lent. Cæterum cum coire fideles antequam
imperatores Chriſtiani eſſent reſve eccleſiæ
Chriſtianæ procurarent, ſuo periculo potue-
rint *, potuere & eodem quidem jure natura- * §. 65. *n.* 9.
li decreta & leges condere, (erat enim eccle- §. 71. *pr.*
11. ſia qua talis tanquam in naturę & non impe-
ditæ libertatis ſtatu).* ſed quæ virtutem *pu-* * § 65. *n.* 8.
blicam non haberent *, ne adverſus eum qui- * § 71. *n.* 3. § 68. *n.* 5.
dem qui in ipſa decreta conſenſerit, quomodo
nec eccleſiarum apud nos extra reformatam
habent, niſi ultro ſinguli pro lege reciperent,
dum quod publici aut coactionis eſt per ſe ni-
hil haberent: Si tamen ordinem ſpectet de-
cretum, dicendum contumacem ob viola-
tum conſenſum peccare; ſi fidem, non pecca-
re: fides enim ſub conſenſu vel pacto non
venit, imperio non ſubjacet, ſubjectionemve
non patitur *, unde nec pacti violationem ad- * § 70. *n.* 20.
mittit: quamvis vero ſi decretum iam prius fue- 21. § 63. *n.* 5.
rit, imprudenter egiſſe dicendus ſit quod ei
conſenſerit. Publica fiunt decreta, ubi Impera-
tores ea recepere. Nicęnæ Synodi primo Con-
ſtantinus probavit. Et Gratianus, Valentinia-
nus, & Theodoſius Imppt. *Nicænæ fidei du-
dum à majoribus traditæ, & divinæ religionis
teſtimonio atque aſſertione firmatæ obſervantia
ſemper manſura teneat* *. Sic de aliis Synodis, * *l.* 2. *C. d. ſum. Trin.*
earumque decretis paſſim apud Scriptores ec-
cle-

cleſiaſticos, & in Codice, & Novellis conſtitu-
* §68. n. 9. tionibus *. Igitur quę nunc per eccleſias ſeu concilia decreta conduntur, cum ubique authores ſummas poteſtates habeant, vim publicarum legum habere omnino non nequeunt: eoque ſenſu civiles dictæ. Quæ vero decreta probata non fuerunt, vim legum non obtinent: minus, quę improbata. Sic fidei formulę, confeſſiones nunc appellant, ab Epiſcopis, eccleſiaſticis in vetere eccleſia, vel nunc ſcriptæ, & doctrina, & Canones qui ordinem ſpectent eccleſię, non niſi à ſumma poteſtate publici. Multo minus Principem
* § 26. n. 9. obligant *: cum ne ipſa quidem inſtituta apoſtolica ejus ſint efficaciæ, quæ in vim præcepti & juris neceſſario imitandi non ſunt propoſita. Unum & antiquiſſimum ipſis Apoſtolo-
* Actor. 15. 28. rum temporibus perhibetur concilium *, quod mirificæ prędicatur efficacię: ſed jam
* § 68. n. 2. 15. ſupra dictum *, Chriſti & Apoſtolorum imperium in hoc mundo ad fidem ſuaſorium, conſultorium & declarativum, non imperativum fuiſſe; unde verbis licet imperativis atque adeo in vim legis conceptum videatur decretum, manifeſtò tamen ſuaſorium eſſe extrema epiſtolæ verba indicant, *Ab his enim ſi abſtinueritis, feceritis benè*, ſuaſio & admonitio ad abſtinendûm eſt, appoſita conditione in ipſo quidem fœdere, ut bene factum regni cæleſtis ſequatur promiſſio, præcedente peccatorum remiſſione. Adde & verba imperativi modi ex natura eccleſiaſtici muneris explicanda, quod ſuadere, hortari, non impe-
* d. p. 15. rare diximus *, quale Chriſti illud, quod ad fidem refertur, *Pænitemini. Da ſubſtantiam omnem pauperibus, ſequere me, & ſimilia.* Et

uſui

uſui nihil vulgarius, quam ſuadere maxumè cum volumus, modo imperativo loquamur *. Sed & eccleſiam unam Hieroſolymitanam leges, cum virtute quidem publica, potuiſſe dicere eccleſiis quæ Antiochiæ, & in Syria, & Cilicia eſſent, naturaliter ab vero alienum eſt: eccleſia enim in alteram niſi ex voluntaria ſubmiſſione ut imperium non habet *, ita nec leges præſcribit, erant enim eccleſiæ cætus liberi, ex conſenſu libero, quomodo reſpublicæ ex liberorum hominum conſenſu conſtituuntur, quarum nulla alteri ſubjecta eſt, vel alteri leges; vel ordinem præſcribit. Ex hac igitur particulari eccleſiæ congregatione notare obiter licet, quam male ſynodorum origo petatur, quæ eccleſiarum diverſarum eſſe debet. Confirmata autem ſcriptura per Canones vere ac propriè Canonica dicitur. *§ 27. n. 6.

1. §. LXX. *Leges divinas cum naturales, tum poſitivas interpretatur, & de doctrinæ controverſiis judicat, eodemque judicio ſuo definitivo fidei*
2. *articulos determinat.*] De interpretatione publica, judicioque *publico, definitivo* abſque ſynodo, & *ſummo, imperativo*, & *certo* aliquo ſeu *uno* loquimur; quæ pars legis eſt. Interpretari legem eſt mentem ejus & ſententiam veram aperire, explicare, declarare, definire, ut jus faciat inter partes, cui nemini reſiſtendi facto aliquo externo facultas ſit, non in verborum cortice & tranſlatione hærere. Igitur ſi ex iiſdem legum verbis, ſed diverſo quod fit ſępius intellectu, (cum Deo nempe non per Chriſtum amplius infallibilem verbi interpretem, & prophetas populo ſuo, vel per viſiones, ſomnia, inſpirationes, & afflatus divinos ſupernaturaliter ſingulis quibuſdam, ſed

per

per ſolas ſcripturas loqui cunctis nunc placuit, diverſæ de vero ejus ſenſu ortæ ſententiæ, non diſſentientes modo, ſed ex oppoſito adverſariæ, quę eccleſię pacem & unionem ab omni tempore mirè non conturbarunt tantum, ſed & dilacerarunt, & conturbant & dilacerant etiam nunc) ex his igitur ſi alius doctrinam aliam vel dogmata diverſa inferat, defendat, doceat, quęſitum ſępius, quem penes ea interpretatio, & definitio eſſe debeat? Nos omiſſis aliorum ſententiis ſoli ſummæ poteſtati damus, ut pro vera publicè habenda ſequendaq; omnibus ſententia ſit quam princeps judicio definitivo dederit: quod & judicare eſt. ſic ut interpres idem & judex ſit, uterque cum judicium interponat, nullaque interpretatio ſine judicio, omneque ſuper ortâ ex lege controverſiâ judicium interpretatio ſit. *Summum* autem eſt judicium, quia in eo ut in aliquo ſubſiſtendum*, ne ad infinitum detur progreſſus, dum ſummo ſuperius eſſe non poſſit. *Definitivum*, quia controverſiam dirimit, & jus inter partes facit. *Publicum* ex effectu publici *. iiſdem rationibus

* § 69. *n.* 2. *fin. & paſſim.*

Imperativum, ſolius Dei ſubjectum judicio, cujus metu rectè exerceatur. *Certum* & *unum* quia ſententias de eadem re diverſas, æque omnes efficaces, excludit, & unum determinat. Dubia circa quæ occupatur interpretatio 3.
vel ejus ſunt generis, ut mente humana percipi, vel intellectu humano, vel ratione naturali definiri poſſint; vel talia quæ percipi eo intellectu, & definiri ea ratione non poſſunt, qualia cuncta merę fidei ſunt dogmata. In priore quidem ſpecie minus dubia noſtra ſententia eſt, dum omnis ſummæ poteſtati ratio, quod eſt judicium, ſubjecta ſit *, effectu intel-

* § 17. *n.* 1. § 34. §. 92. *n.* 9.

tellige externo & civili: Quo ſenſu & de legibus dictum, pugnare eas cum ratione non poſſe quæ rationi Principi probatæ ſint *: & hoc fundamentum lex habet, quæ ſcriptum emittere in publicum vetat, niſi à ſumma poteſtate, id eſt judicio ejus, probatum. In poſteriore ſpecie, cum ceſſante ratione interpretatio omnis de his quæ meræ ſunt fidei ex verbo Dei talis habenda ſit quæ una, certa, definitiva, & publice efficax ſit *, neceſſe eſt ei ſoli interpretationem ac definitionem demus, penes quem unum, certum, definitivum, ac publicum ſit judicium, quale eſſe ad ſervandam eccleſiæ pacem & unionem, & vel ipſam eccleſiam neceſſario debet: ne ſi alii vel privatis ſingulis, penes quos hæc non ſint, demus, nihil non de fide varium, incertum, vagum, diſtractum, nihil definitivum, nihil publice efficax, ſed vel ſententiarum, vel doctrinarum de fide mera confuſio ſit, maneatque. Sed & ſummæ poteſtati interpretandi jus damus, cum in parte jus eſſe debeat ei, cui in toto conceſſimus, ſupra enim à ſumma poteſtate hoc eſſe diximus, quod tota ipſa lex publica ſit *, publiceque efficax. Sed & neceſſe eſt, ut cui jus de externis omnibus, eidem jus de externis ſacris demus. (legis enim divinæ interpretationem, quod bene notes, non niſi externè obligare volumus *, ut coactionem in conſcientiam cujuſque privatam excludamus, cujus cum nulla ſubjectio eſſe poſſit, in eandem nulla eſt obligatio, nullum imperium *.) jus autem de externis jurium tranſlatio probat, inter quæ tranſlatio juris judicandi, ſeu interpretandi ſingulis in naturæ ſtatu competentis *. Sed & ſupra dictum *,

ex-

* *Introd.* § 3. *n.* 11.
d. § 34. 92. *n.* 9. & 69. *n.* 7.
* § 69. *n.* 5.
* *Inf. n.* 20.
* § 67. *n.* 10.
* § 17. *n.* 1.
* § 65. *n.* 1.
§ 92.

extra jus imperantis nihil cenſeri niſi quod naturaliter vel divina lege illicitum vel prohibitum, vel conditionibus etiam humanis circumſcriptum vel ademptum probetur. Neque profecto ulla potior ratio eſt cur adeo ſollicite caveat Moſes *, ut cum ſolio ſuo inſederit Rex deſcribat ſibi exemplum legis, quam penes ſe ſervet, & in ea legat totis diebus vitæ ſuæ, ne ab ore ſuo diſcedat, ſed in eo meditetur noctu & interdiu, quam ut legendo, meditando ex ea diſcat mentem, ſententiam legis, non verba ſcire ſed intelligere, erudiri ex ea, ut mentem non humani tantum ſed divini juris intelligentem habeat, & ad abtruſam Dei penetret ſapientiam: quorſum verò? niſi *ut juſtitiam & judicium faciat.* Ita David, *Da judicia tua Regi.* Et Deum Salomo orat, ut animum ipſi det intelligentem ad *judicandum populum* *, quam interpretationem diximus: at cujus legis, niſi divinę? quippe eo tempore tota lex divina eſſet, ut qui in caſu dubio ſeu controverſo judicaret ex ea, interpretaretur eandem. Unde ſupra dictum, interpretandi jus penes quem ſint judicia, eundemque interpretem & judicem eſſe. *Abrahami* certè tempore, ut à Principe ordiamur, 5.
(miſſo tempore anteriore quo ante imperia, & in naturę ſtatu jus interpretandi ſibi ſingulis eſſet *, quod ipſum argumentum ad jus principum inſigne præparet, quippe qui judicium ſuperius ſe, ne à Deo quidem tunc inſtituumt agnoſcebant) Itaque Abrahami tempore cum nulla adhuc lex poſitiva eſſet, *omnes* autem *naturales*, ipſe profecto vocatus è gentibus qui homines ad verum Dei cultum perduceret, ut familię ſuę & ex ea fidelium omnium pa-

* *Deut.* 17. 18. 19. *Ioſ.* 1. 8.

* 1 *Reg.* 3. 9.

* §. 5. & 17 *n.* 1.

pater *, atque adeo princeps, ſolus *eas leges* * *Rom.*4. 1.8
familiæ ſuæ interpretandi & orta ex ea dubia
ſententiâ ſuâ definiendi jus habuit, quæ dicta
ſententia publica inter omnes eſſet cum paren-
di quidem neceſſitate *. Confirmat hoc jus *§ 69. *n.* 2.
ipſum divini oris effatum: Sic enim de Abra- *fin. n.* 5. &
hamo Deus, *Scio quod præcepturus ſit filiis ſuis* *paſſim n.* 15.
ut cuſtodiant viam Domini, & ipſi judicium fa- 16. 17. *hic.*
ciant & juſtitiam *, quod & explicandi jus * *Gen.* 1.8.
complectitur: quin in caſu dubio fieri ſine
recta legum explicatione non potuit. quid
quod *præcepti* vox & legiſlativam ſignifica-
tionem habeat? igitur & interpretandi. Inter-
pretanti autem ei legem *obedientia* deberi à po-
pulo debuit, quippe eadem *præcepti* vox. cum
imperativa ſit, à parte altera obedientiam
includat: quo jure & ipſe non ſuam tantum, ſed
& populi hoc eſt ſeminis ſui Deo obedientiam
promittit, cum populi voluntas in ipſius eſſet
voluntate, & diſpoſitione, nempe quod ad
actus externos. Idem nulla mutatione facta
6. *Iſaaci*, & *Jacobi* jus eſſe debuit. Et in *Moſe*, le-
gum, quas tunc *poſitivas*, *decalogi* nempe, *cere-*
monialium, *judicialium*, interpretandarum non
minus clarè poteſtas effulſit, quippe in eum
populi judicium tranſlatum ſit. Sed quæ pote-
ſtas in interpretanda legis parte magis emi-
cuit, cum in tradenda tota populo jam emicuiſ- *§ 69. *n.* 5.
ſet *, ipſe enim ſolus populo Dei jura & leges & *n.* 4. *hic.*
annunciavit, cui ſoli Deus loquutus. Quin &
de ipſo legitur, ante inſtitutum ſacerdotium
populum docuiſſe leges & inſtituta Dei *, * *Conſ.* § 80.
quod cum ſumma penes ipſum poteſtas eſſet,
interpretationem non complecti definitivam
7. non potuit. Sic & verba potuiſſe in ore Aaro-
nis. ita ad ipſum Deus *, *Ego Iehova docebo te*, * *Exod.* 4. 16. & 7. 1.

quid tu loquuturus ſis. Tu autem verba pones in ore Aaronis ut ipſe tibi os, Tu vere ipſi Deus ſis.
Eadem quæ Moſi facultas deinceps & *Ioſuæ* 7.
fuit *. unde & eadem ipſi interpretandi potestas, & obedientia ei externa debita: Qui locus enim adverſus Ioſuam ex *Num:* * adferri ſolet, ſi cum altero ſub regum tempore * conferatur, facile reſolvitur, cum appareat ipſas Summas poteſtates non pontificem conſuluiſſe Urim ; ipſum autem Deum per oraculi fulgorem non Pontificem reſpondiſſe : reſponſa de rebus civilibus data. Idem ab Joſua jus *Summæ poteſtati ad Reges* uſque concedendum, niſi quis diminutam eam poteſtatem in ſummo imperante probare intermedio tempore poſſit.

§ *Ioſ.* 1. 16 17. 18. §.69. *n.* 6. §.63. *n.* 2.
* *Num:*27.21
* *Sam:* 33.9. 10. 11.12.*&* 30. 7.

Dato poſtulanti populo Rege qualem aliæ gen- 8.
tes extra populum Hebræum haberent, poteſtas hæc eadem non potuit non ex iiſdem rationibus, *penes Reges* ipſos, qua tales, fuiſſe. quod & ſollicita commendatio Moſis, de qua ſupra, & eodem loco ipſi Reges David, & Salomo probant *.

* *Adde locos* 1 *Sam.* 10.19 *ſeqq. Cap:* 11 12. *cap.* 12. 15 § 69. *n.* 6.

De *Prophetarum ſcriptis*, 9.
ſub quocunque imperio ad legem Moſis quæ Deuteronomio continetur acceſſerint, ſemper ortô dubiô interpretatio & definitio ratione ſpeciali penes eum eſſe debuit cui veram prophetæ doctrinam à falſo diſcernendo, & eventus prædictionibus reſponderet judicando, jus eſſet prophetiam publicam facere ; ſunt enim concatenata hæc & cohærentia, ut qui prius concedit & poſterius concedere neceſſe
habeat. Quin & ſub novo fædere explicandæ 10.
legis Moſaicæ cum ea efficacia poteſtatem ipſe Chriſtus *Scribis* & *Phariſæis* tribuit, non alia ratione quam quia ſedebant ſuper cathedram Moſis *, unde ſervanda quæ pronunciarent, ea

* *Mat.*23.2.

ea ſervare omnia & facere populo & ipſis diſcipulis ſuis præcepit, ſubaudita ſemper limi-
11. tatione de qua infra dicetur *. *Ipſi Chriſto* cum * § 92.
novæ legis condendæ inter ſuos poteſtatem
haberet *, interpretandi jus deeſſe ei non po- * § 63. n. 7.
tuit: cum docuit, doctrinæ ſuæ interpres fuit, & fidei controverſias & dubia inter ſuos definivit: Ipſe autem cum apud eos qui Chriſtum eſſe inficiabantur vel non noverant, ut alius quilibet privatus habitus, civili etiam ſubje-
ctus judicio & imperio fuerit *, palam eſt & * § 63. n. 2.
leges ipſius & doctrinam & interpretationem, ut vim definitivam & publicam haberent, à
12. civili poteſtate pependiſſe. *Apoſtolorum* munus poſt Chriſti è terris deceſſum propagare doctrinam, fidemque fuit Chriſtianam, & fidei
dogmata declarare *, quod interpretari qua * § 68. n. 1.
conſtituti doctores eſſent ſuadendo: ut jus faceret interpretatio non niſi ex voluntate ejus qui ſibi receperit; ut publica fieret ab eo ſtetit qui cum imperio eſſet, ut ſupra de eorum
13. ſcriptis dictum *. Igitur *Imperantibus Chri-* * § 69. n. 9.
ſtianis interpretationem concedimus, quales ſi Chriſti tempore fuiſſent, ipſum Chriſtum amplexi & filium Dei & ipſum verum Deum agnoſcentes, & oſculantes, ejuſdem ultro ſe judicio ſubmiſiſſent, adeoque interpretatio penes Chriſtum ex ſubmiſſione manſiſſet. Si Apoſtolorum tempore, non minus interpretatio definitiva & publica doctrinæ Chriſtianæ penes principes Chriſtianos fuiſſet, quam penes Moſem & principes Judæos interpretatio publica legis Judaicæ fuit. Atque his fundamentis optimo ſuo jure uſi principes Chriſtiani dicendi ſunt, qui doctrinæ & fidei inter Chriſtianos controverſias ex facto interpre-

S 2 tati,

tati, deque iiſdem judicia vel ex officio ſuo, vel implorati, etiam extra Synodum exercuere, de quo & ſupra ad materiam juriſdictionis plenius *. Cæterum cum de interpretatione legis & doctrinæ publicæ loquimur, doctrina autem Chriſtiana Apoſtolorum tempore publica non fuerit, quæritur quæ ejus interpretatio *Principum ethnicourm* fuerit? Non profecto publica, quia doctrina non erat publica, ex voluntatis placito, (cum haberi pro publica à ſubjectis non placebat) non poteſtatis defectu. Cæterum ſi Chriſtianæ religionis doctrinam non publicam in territorio toleraret, ortas controverſias vel inter ipſos Chriſtianos, vel inter hos & diverſæ ſectæ ſubditos, ne turbæ in imperio oriantur rectè ſua ſententia definiet, compeſcet, comminuet, quæ jus inter partes faciat: neque vero magis impedit principem de alienæ fidei dogmatibus benè informatum, quam de alieni regni legibus locive ſtatutis judicem judicare. Adde & illuminationis donum, quod intellectum ſpectat in quo eſt judicium, multis etiam non regenitis dari, ut à Grotio & aliis notatum. Quare & eo jure uſi Principes gentiles de doctrina & fide Chriſtiana judicio non ſemel cognovere: vocati judices non recuſavere: in accuſationis judicio ipſos adverſus ſe quid Apoſtoli iis tribuerint ſupra ad materiam juriſdictionis dictum eſt *: judicandi ſane facultatem dedere, nec iniquum à gentibus metuere judicium qui ipſos eos judices elegerunt. Idem iis de lege Judaica judicium. Et Judæis de religione, fideque Chriſtiana. Plane eodem jure atque Chriſtiani in Hæreticos, & ipſos Judæos,&paganos,deque eorundem religione uſi judi-

* § 67. n. 2.

* § 67. n. 2.

judicia. Si perſequatur princeps religionem,
jam adverſarium ſe conſtituit, proindeque non
idoneus judex erit. Si ex accuſati defenſione
eidem acceſſerit, (quod accidiſſe Paulo Ser-
gio *, & Agrippe fere legimus *) jam publi- * *Art.*13.12. * *Art.*26.28.
ca fiet. Principibus autem eccleſiæ res à curis
ſuis removentibus interpretandi jus naturaliter
ipſius eccleſiæ fuit, quæ & ipſa ſibi ex jure di-
vino fidei articulos determinavit, (confeſſio-
nes hodie appellant) quæque in ſua eccleſia,
at effectu privato, ſecundum ea quæ infra di-
centur & ſupra dicta *. Atque hoc eſt quod * § 71. *n.* 3.
diximus, *Principem legis divinæ dubia definire,* § 69. *n.* 10.
interpretari, & fidei controverſias judicare. Has
autem qui judicat, eodem judicio ſuo *& fidei*
articulos determinat: novos præter-quam in
euangelio ſunt, non facit, veteres non abro-
gat. De judicandi modo alia quæſtio eſt. Ju-
dicat autem abſque ſynodo, quod in ſupra di-
ctis jam aſſeruimus *, per ſe vel per delega- * § & § 71. *n.* 8.
tos *: Per ſe, ex propria ſententia ſi peritus ſit, * *d. n.* 8.
vel propoſito ſibi veteris eccleſiæ, vel aliarum
ſynodorum, vel peritorum, etiam extero-
rum explorato judicio, à quibus ipſis, ſi in
fundamentis ac eſſentialibus ſit conſenſus,
rectum ſatis haberi judicium poteſt, & haben-
dæ ſynodi illa vicem ſuſtinere: Per delegatos
etiam non clericos, ne catholicos quidem.
quæ prudentiam ſpectant, ad juris quæſtio-
nem non pertinent. Interpoſita interpretatio-
ne, quod dubium erat dubium eſſe definit,
eôque ſublatô purificata lex eſt, & ipſa inter-
14. pretatio pars legis facta. Hinc quas doctrinæ
& fidei regulas ſeu articulos ſervari principi
publicè judicio ſuo interpretativo, ac definitivo
placuerit, pro talibus publicè habendæ ſunt,

iiſque *obedientia* à ſingulis ejus religionis publicè, id eſt, *externa* debetur *, præciſè quidem, ut vel teneantur vel cogi ad ea poſſint ex quibus recepta publicè definitio manifeſtetur. Si ordinem ſpectet definitio, nulla dubitatio eſt. Si fidem, verbi præconi maximè ea obſervanda, qui à publicè probata definitione recedere in actionibus publicis non debet. Totus enim judicii hujus, definitionis & interpretationis *effectus*, & *efficacia in coactione & obediendi neceſſitate per actum externum* conſpicitur *; quippe interpoſita interpretatio ſeu definitio cum pars legis facta ſit, eandem cum ipſa eatenus naturam induit, propter legislatoris quem ſinguli agnoſcunt, quod ad externa, auctoritatem. Fit autem ut coactio ſit licita, obedire non ſit licitum. Qui dubi- 16.
tet, definitioni minimè malè adhærebit *, in eoque licita quidem obedientia. At cui diver- 17.
ſum penitus ex lege Dei perſuaſum, obedire juſſus *externè* non debet *; hic illicita obedientia, at licita coactio erit. Qui prohibitus 18.
ab actu externo, privata is contentus ſit fide & conſcientia, tacitus quid velit apud ſe privatim ſentiat, linguæ ſuæ ne indulgeat, actiones externas refrænet, nec ab imperio ei periculum erit. Qui nolit, religionis exercendæ libertatem externam ſibi receſſu quærat. Qui putet ſine exercitio externo & in publico ſalvum ſe eſſe non poſſe, vel officii ſui, religionem ſcilicet quam ipſe adverſus publicam concepit, propagare, profiteri externè, & exercere per actus externos, ſuo periculo maneat, ſi quid inclementius obvenerit, patienter ferat: Sed & à reſiſtentia judicio publico abſtineat *, ipſius Chriſti euangelium docentis

* § 69. *n.* 2. *fin.* 5. & *paſſim.*

* *dd. loc.*

* § 93. *n.* 4.

* *d.* § 93. *n.* 6. & *ſeqq.*

* § 88.

tis imitando bonis omnibus exemplo, qui à vi & reſiſtentia Imperantibus etiam peſſimis, religioni inimiciſſimis, ipſe non abſtinuit tantum, ſed reponere in vaginam gladium præcepit ei qui arcere vim publicam auderet, addita pœnæ comminatione, ni gladio velit ipſe perire; & Apoſtolorum, qui admoniti à Judæorum ſynedrio, deſiſterent in nomine Jeſu docere *, poſtquam reſpondiſſent, *Deo magis quam hominibus obediendum* *, flagellati receſſerunt, læti quod digni habiti eſſent qui pro nomine Jeſu contumelia afficerentur *, ut digni ſint Chriſto (a,) & gratia apud omnipotentem Deum (b,) iniquitatis omnis, ſi male judicaſſit, in principem æquiſſimum vindicem. Hac fiducia Stephanus, primus à Judæorum damnatus ſynedrio, martyrium ſubiit *: quem conſtanter & alii ſequuti, laudabili exemplo. Lege hiſtoriam omnem Chriſtianam à Tiberio ad Conſtantinum Magnum, à Chriſto ad Chriſtianum Imperatorem, atque iterum diligenter lege, Chriſtianum invenies nullum, etiam cum edicta violarentur, plurima ſtatim ab ipſa Chriſti reſurrectione ſub Tiberio & ſequentibus Imperatoribus, quæ vel pleniſſime Chriſtianis, nonnunquam minus faverunt, promulgata, qui vi publicæ reſtiterit, qui rempublicam commoverit; licet quidem dura ac tyrannica eſſent imperia, etiam ob cauſam religionis: abſtinuerunt autem, non ut Chriſtiani tantum quorum religio quaſi non communem, ſed particularem eam exigeret patientiam ut percutienti faciem & alteram obverterent genam *, ſed & qua ſubjecti ex primævo in inſtituto imperio conſenſu * & communi ſubjectione, & non reſiſtendi pa-

* *Act.* 4. 17. *ſeqq.* 5. 28. *ſeqq:*
* *ibid.*
* *Act:* 5.40. 41.
a *Mat.* 1.37.
b 1 *Pet.* 1. 19.
* *Act:* 7.
* *Matt.* 5.39.
* *Sup.* § 17.

ĉto, quod ſervare ex lege naturæ oportuit. Præiverat exemplo Judæorum populus, quippe ſcripta lege quæ mortis ſupplicium ſtatueret in eum qui ad colendos Deos alienos quempiam incitaſſet *, cum tamen factitatum à Regibus eſſet, qui ſub pœnę comminatione ad cultum idololatricum populum compellerent, & ob cauſam religionis immaniter ſævirent, nunquam eo audaciæ proceſſum ut vel manu quid admitterent, vel vi Imperanti reſiſterent. Impius Aſſyriorum erat Monarcha, at damnari ſe ad fornacem ardentem viri ſanctiſſimi elegerunt * quam erectam ab Nebuchodonoſore imaginem adorarent, vel imperanti reſiſterent; Deo obedientes, nec tamen poteſtati reſiſtentes. Simile de ſeptem fratribus cruentam paſſi necem juſſu Antiochi Regis in Maccabeorum hiſtoria legas *. Daniel ipſe vir potens, primus inter Principes centum & viginti prępoſitos ſatrapis, qui Darii Medorum preeſſent regno, Regi ſacra facere juſſus, objici leonibus ſe paſſus eſt, imperio non reſtitit: regi fauſta præcatur *. Moniti interim, rectius plerumque facturum principem, ſi perſuaſione quam imperio utatur (a,) ut ſubditos ſponte morigeros quam metu habeat, vel fucata ſit religio, non Dei ſed purpuræ cultores, ut Jovianus dixit (b.) De Conſtantino teſtatum Euſebius reliquit *, omnes quidem ſubjectos ſuos Chriſtianos eſſe optaſſe, neminem autem coëgiſſe: Sic à coactione & alii pii Principes abſtinere. In religionem vero 20.
intrinſecam, ſeu *fidem* de ſcripturę locis controverſis & ipſis dogmatibus privatam, interpretatio ſeu definitio Principis publica eam vim ſeu efficaciam, obedientiæ puta, non ha-

* *Exod.* 22. 20. *Deut.* 13.

* *Dan:* 3.

* *Maccab:* 7. 30. *& p. tot.*

* *Dan.* 6. 22. *& per tot.*

a § 67. *n.* 6. *Vid. Conſtant. epiſt. apud Socrat. hiſt.* 1. *c.* 9. *& alibi.*

b *Socr. hiſt.* 3. *cap.* 25. *fin.*

* *Vid. Conſt:* 2. 56. 60.

habet: *Eſt enim fides privati judicii*, quod ſupra de actionibus internis dictum *. leges non opinionibus feruntur, ſed actionibus. de fide ſpecialiter dictum, eam imperio vel coactioni non ſubjacere *. Unde generale

* § 63. n. 7. §. 67. n. 6. *

* § 33. n. 2. §. 67. n. 6. §. 69. n. 10.

21. eſt, acquieſcere fide *interna* ullius hominis ſententiæ, vel ipſius eccleſiæ, vel *Papæ Romani*, vel *Conciliorum* ſeu *Synodorum*, etiam nationalium, & generalium decretis, utcunque à ſumma poteſtate in vim legum publicarum roboratis, præciſe neminem *teneri* qui ipſe ſcrutando legem poſſe putet rectiora aſſequi, vel aſſequutus jam in contraria ſit ſententia: Quorſum enim lex ipſa, ſi haurire ex eo ipſo fonte veritatem non liceat? ſin minus, ſatis fuerit conciliorum definitiones non ipſas ſcripturas inſpexiſſe, & in iiſdem veritatem quærere, contra toties inculcatam in euangelio Chriſti doctrinam *: conſulere ſi liceat, ubi obſequendi decretis neceſſitas? neceſſitas libertati repugnat. Rationibus fallibilitatem adde judicii humani, (de qua inter reformatos omnes convenit) ſolos Apoſtolos ſi excipias. Synodorum itaque, id eſt eorum qui præſentes in ſynodo fuere, decretis & poſitis definitionibus & articulis qui diffidet, nuda ei ſententiæ declaratio ſunt, internè, hoc eſt conſcientiam non obligans *. Quamvis verò ſequi tuto *quivis poſſit* ſi definitio ſeu interpretatio de non eſſentialibus ſit, vel ipſe ingenio hebetiore vel judicii defectu penetrare ea non poſſit, hic enim conſcientia ſeu judicium privatum tuto acquieſcet. De articulo fidei ſalutaris ſi facta definitio ſit, acquieſcere ei *nemo* tuto *poteſt* quidem, niſi qui ipſe privato ſuo judicio legi divinæ con-

* *Theſ.* 5. 21. 1 *Ioh:* 4. 1. *Ioh.* 5. 39. 1 *Cor:* 10. 15.

* § 69. n. 19.

congruentem probaverit. Sin diſſentientem, acquieſcere in ea *non debet*, ne propriam ipſe, quo indignius nihil homini Chriſtiano, fidem ſuam inficietur. Neque temperamentum admitto, quo aliorum ſententias quis tutius ſequatur, quod temporum anguſtiis, vel occupationibus aliis ab inquiſitione impediatur, dum præcipua hominis Chriſtiani cura in
* Matth. 6. 33 ſcripturarum perſcrutatione eſſe debeat *, mundanis cœleſtia præponendo. His ſenſibus pendere *religio & fides à proprio cujuſque judicio*
* Sup. n. 4. *privato* dicitur *, eademque *interpretatio pri-*
* n. 7. hic. § 69. n. 8. § 93 n. 6. ſeqq. *vata* *, quæ in ſingulis mutandæ religionis
fundamentum. De ſynodis cum dictum ſit, 22.
paſtorum quoque ſingulorum (quorum munus ſit ſacramentorum exhibitio, & verbi prædi-
* § 65. n. 18. § 68. n. 1. catio *) apparet facile de doctrina & fide, tanta cum efficacia interpretationem & ſententiam non eſſe quæ internè obliget, cum ne definitiva, publica, & obligatoria externe, & vel una ac certa haberi debeat, tum quod publici & imperativi nihil habeant, tum ob confuſionem ex ſententiarum diverſitate. ſic virtute & authoritate nihil à privati cujuſque differt. Nam quod ad Corinthios Paulus *,
* 1 Cor. 14. 32. *Spiritus Prophetarum Prophetis ſubjici*, ſi *judicium* intelligas, privatum erit, quomodo Johannis illud ad Chriſtianos ſingulos, *Probate*
* 1 Cap. 4. 1. *ſpiritus* *. At in conſilium eos adhibere, vel ſingulos vel congregatos, deque legis divinæ recta interpretatione, & doctrina, & fidei articulis eorundem ſententias declaratorias intelligere, ſequi optimas, laudabilis quidem prudentiæ in principe cautela eſt, ſed quæ non ad juris quæſtionem ſed de jure rectius exercendo referri debet: quare de rebus ſic con-

conſultum ſit dubiis, vel ſi princeps confiſus minus proprio judicio ſit, ut ipſius de ſacris quod deſit cognitioni aliorum judicio in iis verſatiore ſuppleatur. Sin ipſe rectiora viderit, vel videre ſperet, ſequi paſtorum, vel ſynodorum judicium vel non tenetur, vel non debet. Neque enim quod verſatiores forte in divinis ſint, jus ipſis per ſe judicandi, vel obligandi internè vel externè tribuit. Quin vel ad conſilium accedere jure proprio jus ipſis nihil
23. magis quam aliis viris doctis eſt. Sed & artis alicujus vel prudentiæ non profundiſſima cognitio, qualis falſò ut plurimum in Principibus obtenditur, jus Principum non minuit: neque ignorantia transferendi in alium juris, qui rectus forte judicaſſet, ſatis apta ratio eſt: Quis vel rerum divinarum vel civilium cognitionem ſufficientem vel aliquam in Rege puero vel infante præſumat? jus equidem judicandi penes Regem eſt: quamvis ipſe jus non exercet, non quod exercendi facultas Regi, ſed ei puero & infanti, deſit. Et ſequente ſynodo correctum ſæpius eſt quod priore judicatū eſſet*, ſed quæ ſententia licet non vera, * §79. n. 2.
comperto vel correcto nondū errore, rata eſſe & vim rei judicatæ habere, cum jus judicandi priori ſynodo eſſet, non deſiit: neque enim nulla, vel irrita, vel virtute omni carere actio dici poteſt, niſi quæ extra jus ſit agentis. Reſtat igitur, ut qui extra jus principum affirmet legum divinarum interpretationes & dubiorum definitiones, is lege divina diſertè prohibitum, vel in alteram partem definitum
24. probet, quod explere non poterit. Ad doctrinæ determinationem referenda & *quæſtionum* de religione, *inutilium* maxime, amputatio

tio * quæ controverſias magis prębent quam
* 2 *Tim.* 2.23 & 1. c. 1. 4. *ead. Tit.* 3. 9. ædificationem Dei, ſed imprimis ſi in eccle-
ſia ſciſmata ex iis metuantur: (ſciſmaticæ
dictæ, & ipſi qui moverit ſciſmatici, dum
propter non eſſentialia ſeparationem inſtituant)
vel publicè propoſitæ prophanandi ſacra my-
ſteria hęreticis prębeant occaſionem. Con-
cordia eccleſię eſt anima, diſcordia mors &
exitium. æque verò imperantis videre eſt ne
eccleſia, atque reſpublica aliquid detrimenti
* § 63. *n.* 2. capiat. hęc illam complectitur *. Maximè igi-
tur earum *doctrinarum* (publicę ſeu privatim)
cohibitio quas paci publicę inimicas judicabit,
quę murmurationes adverſus principem ejuſve
actiones, & motibus civilibus occaſionem
dare poſſint: nam & pręter interpretandi jus,
& judicium an vera ſit doctrina, officium eſt
ſummi imperantis imperium ſuum defende-
re, & pacem publicam procurare, ut quies &
* 1 *Timot.* 2. tranquillitas ſit in eccleſia *, & ad eam quid
conducat jus ei ſoli judicio publico judicandi:
unde quod ad eam non conducat, quod pacem
turbet, avertendi, ſuprema cum juriſdictione
penes eundem inſpectio, adeoque & prohibitio
ejus rei, & punitio eſſe debet.

§. LXXI. *Si cum ſynodo placet.*] Ab ipſius 1.
enim placito pendet. Convenire quidem ante
* § 45. § 69. *n.* 10. imperia ſingulis de negotio communi licebat*,
etiam certę religioni addictis ob cauſam reli-
* *ibid.* gionis *; naturaliter enim in jure eſt agentis
quod rectę rationi non repugnat. Idem poſt
imperia, quia & hic in jure manet agentis quod
legi civili non repugnat. Inſtitutis autem im-
periis ab imperante inhiberi conventiones poſ-
ſunt, cum de genere ſint eorum quę lege na-
turali nec divinâ imperata nec prohibita ſint.

quę

quę autem juris hoc eſt libertatis manſerunt naturalis, à ſuperioris beneplacito pendent *, * § 65. n. 3.
Idem igitur de ſynodi congregatione ita naturaliter ſumta, atque de aliis collegiis ſeu congregationibus affirmandum eſt: ſunt enim licitę ſynodi naturaliter, & prohiberi ab imperante poſſunt, ſeu Chriſtianus is, ſeu paganus fuerit *, quippe cum poteſtas æqualis ſit, æquale * § 63. n. 2.
eſſe jus debet *. Ante Imperatores igitur Chri- § 63. n. 8.
ſtianos, vel ſub iis ante prohibitionem quæ ha- § 70. n. 14.
bitę ſynodi fuerint,(plures enim habitas fuiſſe * § 19.
tribus prioribus à Chriſti nativitate ante Conſtantinum ſeculis, cum ex Tertulliano, Euſebio,&aliis,tum ipſis conciliorum voluminibus apparet) eæ jure nituntur naturali & non prohibito, effectumque privatum habent *. Ubi * § 69. n. 10.
enim ſynodus jura perſonalia prætendit *, ut ei § 68. n. 5. circ. fin.
tanquam uni perſonæ actiones & effectus effi- * § 65. n. 10.
caces tribuantur, apparet hoc ſine cogendi po- § 63. n. 2.
teſtate fieri non poſſe, quæ nulla niſi penes ſum- circ. med.
mam poteſtatem eſt, quare & ipſa ſynodus ita
2. ſumpta à ſumma poteſtate pendet. Juris prohibitivi effectus eſt, illicitas & irritas omnes eſſe jure præciſo quę haberi vel nunc ſynodi poſſint, vel habitę prius poſt prohibitionē ſub utroque principe ſine conſenſu expreſſo fuerint; unde vel ante conſenſum clam habitas, vel per conniventiam toleratas. ſed quę ipſa tolerantia vim
3. publicam minimè tribuit *. Qui putet per ſub- * § 45. n. 8.
miſſionem vel conſenſu dari ſynodo poteſtatem aliquam, & actionibus efficaciam poſſe, ſi ante imperia intelligat, rectè loquitur, & penes eam ſynodum ſeu congregationem, ſeu cœtum ſeu ſenatum appelles, ſumma etiam poteſtas erit, unde actiones & efficaces & publicæ. Si poſt imperia, ſed ante prohibitionem, idem

rectè

recté conſenſu fiet, manente eadem naturali libertate non prohibita, ſed decreta vim pu-
* *Sup. n. 1. hic* blicam non obtinebunt *, omniſque actio privata erit: & licet ex conſenſu obligationem producat, inefficax tamen, ut inter æquales actio in naturæ ſtatu, dum nulli ſit coactioni obnoxia, decreta à volentibus ſervata, & executio à parentium magis reverentia, quam jubentium poteſtate. Si poſt prohibitionem, 4.
ob impeditam jam libertatem etiam nulla erit
* *Sup. n. 2.* actio, (quomodo congregatio nulla *) conſenſus enim nullus ob impeditam prohibitione libertatem, obligationem aliquam vel actum ratum producere non potuit, neque enim extendi ad ea obligatio, ad quæ libertas nequivit: decreta igitur poſt prohibitionem nulla coactione à volentibus ſervata, ſed contra obedientiæ fidem ſummo Imperanti debitam, & legem civiliter latam, quæ ejus rei ſervare magis effectus prohibet quam ipſam
prohibet. Sub Principe autem gentili, aliove 5.
cujus perſecutoria & perpetua ſit prohibitio, cum planè deſerere eccleſia nequeat quæ ad neceſſariam conſervationem ſui & ædificationem conducant, ita nec in totum ſynodos licet, decreta piè ſervanda, ut naturalia quidem pacta, ſed coactione deſtituta, uſque dum auctoritas principalis confirmet, interim juſſui divino magis quam prohibitioni huma-
næ obedientes. Prohibere autem qui natura- 6.
lem conveniendi licentiam, & ſynodos poteſt: eidem & jure ſuo convocare, indicere, imperare, permittere, negare, & quod ſimile, jus eſt. Neque intereſt Generalis Diæceſana, Nationalis, vel Provincialis ſynodus fuerit. Sic permiſſæ ſæpius ſynodi, aliquando ſupplicantibus

bus denegatæ, nonnunquam Imperatorio ſolo juſſu vocatę ſub pęnę etiam in contumaces comminatione, vel ſtatis temporibus indictę, aliquando ad tempus dilatæ, prout principem
7. circumſtantiæ ſuaderent: Licet enim & quovis tempore & quotieslibet ei hoc modo vel totius eccleſiæ vel paſtorum de *fide conſenſionem* ſeu uniformitatem vel procurare vel probare, vel *juriſdictionem* ſuam & cauſarum cognitionem exercere, vel *conſilium* petere, (qui
8. fines ſunt ſynodi) & ſi aliter viſum, eo modo non procurare, non exercere, non petere. hoc in quacunque re facultatis, illud in dubia prudentiæ eſt. Igitur (quod obiter hic repetendum) & per ſe * & ſola vi ſupremæ poteſtatis, (dum à ſuperiore in terris nemine poteſtatem habet mutuari) vel per delegatum *, etiam non vocata ſynodo ea jura exercebit *. * § 70. *n.14. circ. fin.* * *ibid.* * *Vid.* §. 64. 65.66.67.70.
9. Synodorum enim licet inſignis quandoque poſſit eſſe utilitas, non tamen ſemper eadem eſt. Aliquando noxiæ, ſi partibus æqualibus, occupatis præjudiciis & animi paſſione nimia, dum Dei metus abſit, ſciſmata ex iis & factiones metuantur, cujus effectus in vetere hiſtoria paſſim: ſi jus ſupremæ poteſtatis in conſequentiam veniat: ſi res dilationem non ferat, vel in cunctatione ſit periculum. Non neceſſariæ, ſi res unius ſit eccleſię, quę intra eandem componenda, ut tam latè petitum conſilium quam latè propagatum malum ſit, ut olim Cypriano clerus Romanus ſcripſit: ubi textus clarus, res minimè dubia eſt: quid enim ſi manifeſta ſit hereſis? ſin dubia olim, pridem definita in alia ſit ſynodo? adde, quod de dubiis domi conſulti ſinguli vel voce vel ſcripto ſententiam profiteri poſſint, quod ut

omne

omne de utilitate vel inutilitate judicium penes
ſolum Imperantem eſſe debet, ne ſi proprio in
ea re non liceat uti judicio, convocare ad alte-
rius, cui de ea ſit judicium, præſcriptum tenea-
tur: Si ſimpliciter neceſſariæ eſſent ſynodi, in-
junctæ alicubi in euangelio in vim præcepti
fuiſſent. Quæ cum ſynodo fit cognitio ordina- 10.
ria vulgò dicitur, quia frequentior, non alia ra-
tione quam quia principi ita placuit, cum poſſit
& minus frequentem & extraordinariam face-
re. Quod enim non permittere poteſt; idem ra-
rius poteſt. An ſatis prudenter, hic non quæri-
tur. multa prudenter omittuntur quæ facere jus
* §. 44. n. 5. eſt. Convocandi jus & diſſolvendi arguit * eti- 11.
am non confecto negotio, ut qui deliberantes
* d. n. 5. & §45. perſeverent in crimen incidant Majeſtatis *.

§. LXXII. *Perſonas.*] Nam ut ipſa conve- 1.
niendi, ita ad conventum mittendi libertas,
* *Act.* 15.2. 22. quam primitus eccleſia exercuit *, lege hu-
mana mutabilis eſt, cum nec aliud lege divi-
na vel eccleſiæ hoc præcipiente, vel poteſta-
* §71. n. 1. tes civiles hoc prohibente, definitum ſit *;
neque enim in perſonarum determinatione ali-
quid ſacri eſt. Vocat igitur ſumma poteſtas 2.
quoslibet. Libertatis enim naturalis eſt, con-
ſilium petere à quibus-libet: & poteſtatem
propriam delegare cui-libet: ſin alius ſit ſyno-
di finis, vel de legibus ferendis eccleſiaſticis,
* *Conf.* §.78. n. 1. vel, ut teſtata eccleſiæ fiat conſenſio *, ſub
qua & omnis definitio & accommodatio venit,
hic ſi expedire magis dicamus (quamquam
ratio nulla ſit cur dicamus) mittendorum
electionem penes paſtores fieri, non juris ſed
prudentiæ erit, quâ abuti etiam ad diſſenſio-
nem, æque ut alii poterint, ut nec in eo peri-
culo pro contrario aliquod reſideat argumenti.

Si

Si jus ita fieri, probetur. Eodem jure ad eas quas ſtatis temporibus haberi ſynodos placuit qui quoquo tempore convenire debeant, certas vices præſcribit. Mittit invitos, ex jure in perſonam & coactiva poteſtate. Neque eos excludo qui ordinati licet nondum electi ſint: electio enim (præter certum locum) jus novum non tribuit, quod non prius jam per ordinationem acquiſitum ſit. Sed & Laicos mitti & intereſſe, qui ſuæ partis cauſam agant,
3. non eſt inſolens. Alii competere hoc jus non poteſt, qui jus & coactionem in perſonam non
4. habet. Numerum definit, eumque vel majorem vel minorem determinat, prout tempus & ratio ſuadet, cum & ſuſpectus aliquando ingens numerus eſſe poſſit; quotque numero ſynodum faciant, nulla lege divina difinitum ſit.
5. Electos ab ipſis paſtoribus jure côceſſivo, quos ſuadet ratio, comprobat, rejicit, reprobat.

§. LXXIII. *Materiam.*] Nempe cognoſ-
1. cere materiam debet, ut utilem convocationem vel inutilem, neceſſariam vel minus judicet. Itaque rogatus de certa materia ſynodum admittere, dum de ea admittit, materiam determinat. Si non placet materia, negat. Er-
2. go & circumſcribit, addit, limitat *. Si vel conſilii, vel juriſdictionis explicandæ cauſa ipſe vocet, res minime dubia eſt. Si ob fidei cauſam, & jam ipſe prius penes ſe materiam determinavit.

* § 79. n. 3.

§. LXXIV. *Tempus.*] Et tempus circumſtantia eſt ad utilitatem pertinens: neque enim omni tempore eadem res pari utilitate fieri poteſt; & dilatio ſummæ quandoque prudentiæ eſt. Annuas ſynodos Impt. Menſe Junio, vel Septembri haberi voluit *, contra quam Apo-

* Nov. 137. c. 4.

* *Can.* 36. ſtoli definierant *. Et ad Arcadium & Honorium Auguſtos Innocentius Papa legatos mit-
* *Sozom.* 8. *c. ult.* tit qui habendæ ſynodi tempus poſtulent *. Pertinet quod Imppt. alibi, ut quam celerrime, abſque ulla dilatione, Epiſcopi conveniant.

§. LXXV. *Locum.*] Eadem loci ratio eſt; cui jus territoriale accedit.

§. LXXVI. *Ordinem præfinit, deſignat.*]. Ordinem cognitionum cunctis judicibus præ- 1.
ſcribit. neque in eo, ut nec loco, tempore, 2.
aliquid ſacri aut lege divina determinati eſt.

§. LXXVII. *In conventu ipſe præſens, ac* 1.
primus, vel per ſe vel per delegatos eſt.] Ut ipſe cernat quo animi motu res tractetur. Utrumne humani aliquid ſit quod modeſtiores vincat, ut ex eo ſententias ponderet. Ne extra materiam vagentur. Ne quod ſummæ poteſtatis ſit vel negotii civilis attingant, quod pacem etiam publicam ſpectat. Imprimis ut ipſe judicia ſingulorum rationeſque intelligens, judicio ſuo ſuperiore rectius judicet. A nullo collegio princeps arceri poteſt. Primus autem locus
non deberi non poteſt ei qui primus in rep. & 2.
* § 65. *n.* 5. in eccleſia eſt, quæ ipſa eſt in republica *. Neque enim ſedem principalem tenere alios convenit functionis prætextu, quæ ipſa in perſonas eorum à principe promanavit: ipſa qui-
* § 67. *n.* 5. dem functio à Deo eſt (ut aliæ plures *, inſigniter autem principalis poteſtas) ſed quæ ex ſe perſonam non habet niſi hominis interventu, itaque functio perſonæ applicari debuit, ut locum in conceſſu teneret: applicatio, collatio in hunc vel alium potius, &
* § 65. *n.* 2. *ſeqq.* electio ab ipſo principe pendet *, itaque perſona, qua talis in quam functio collata, multò Principe eſt inferior, cujus faciem & ad ſynodum

3. dum Legati repræſentant. Franciſcus Junius duplicem facit præſidentiam, ordinis unam, actionis alteram *: illam principi, hanc eccleſiæ tribuit. malè. princeps ordini & actioni præſidet. maxima enim imperii pars eſt quæ actioni imperat. debet & majeſtas plena eſſe*. & circa ſacra imperium ſummæ poteſtati ſupra paſſim aſſeruimus. debet & ſumma eſſe, ne ſi de actione ipſa ſummitatem aliquam alii concedamus, eatenus non ſumma, ſed ſubjecta ſit.

* *Diſp: d. Synod. contr. Bellarm.*

* § 95.

§. LXXVIII. *Si placet & ſuam ſententiam*
1. *promit.*] Per ſe, vel per delegatos, utro modo præſens in ſynodo convenerit. Jus ſuum à ſynodo non mutuatur, nec ſynodus minuit: jus ex conſenſu eſt *. Licet & magis in ſynodo, ſi abſque ſynodo licet *. Neque diſtinguo cui fini ſynodus ſerviat, quæve materia ſit ſynodi: nam & de negotio fidei, de adminiſtranda juriſdictione, de condendis eccleſiæ legibus judicat. Unde procul dubio jus cognoſcendi ha-
2. bet. Aliud eſt utrum expediat in ſynodo ſententiam promere. in delegatis nulla obſtat prudentiæ regula qui non mandatu, præſcripto, ſed ex conſcientia judicant. obſtat in principe, ne ſi primus ſententiam dixerit, cæteri diſſentire
3. non audeant. Neque vero ſententiam promere neceſſe eſt, quia poſt ſynodum poteſt. Licet tamen *, quia dum ſuffragium ut privati numeratur, quod vinci pluralitate poſſit, privati jure utitur, principem ſe non gerit, ſed coëpiſcopum magis., quomodo in Nicæna Conſtantinus Imperator *: vel ut Euſebius dixit, *tanquam unus & multis* *. unde nec judicio ſuo extremo Principali præjudicat. De judicio præcedente ſynodum ſupra ſatis dictum: neque enim implorati conceſſio, negatio ſy-

* § 63.

* *Vid.* §. 70. 71. *n.* 8.

* *Vid. l.* 1. § 4. *quand. appel.*

* *Theodorit. lib.* 1. *c.* 10.

* *In vit.* 1. *c.* 44.

nodi, materiæ circumſcriptio, determinatio ſine judicio eſt: nec ſi ſponte ſua princeps haberi mandavit ſynodum, ne temeraria ſit actio.

§. LXXIX. *Eandemque definitivam & ſummam poſt ſynodum.*] Superius ſemper delegantis judicium delegati eſt. Supremæ poteſtatis judicium in omni actu ſuperius eſſe debet, ne ſi non ſit, parte aliqua manca ſit ſuperioritas. ſumma igitur definitio à ſummo judicio pendere debet. Quanquam enim errare ſupremi hi Imperantes, ut ſynodus, poſſint, cum tamen alicubi ſit ſubſiſtendum, in eo hoc eſſe debet quo ſuperius nihil datur. Si conſilii cauſa ſit ſynodus, nemo forte negabit, neque enim ſequi hoc magis, quam judex conſilium juriſperitorum tenetur *. Si juriſdictionis exercendæ, & hæc ad ipſum refluit, maximè ſi pars læſa de injuſtitia quæratur *. Si de fide definitio, cum ſequi ſimpliciter nemo teneatur, nec tuto poſſit *, ne privatus quidem, niſi ipſe judicio ſuo probaverit, Princeps in ea non acquieſcet, minus exequetur, ne errori majeſtatem accommodet. De errore ſi ipſi ſynodo judicium ſupremum dederis, nunquam profecto futurum eſt ut erraverint, cum tamen plures humani aliquid paſſæ, non per majores tantum, ſed æquales, vel minores correctæ ſint. Si ſynodi definitio extra fidem ſit ſalutarem, plus tribui de ea ſupremo principis judicio poterit quanto minus error periculoſus eſt. Si de eo quod lege divina non ſit definitum, ut quod ad ordinem ſeu regimen ſpectet eccleſiæ, quia in iis manere libertatem principis diximus, eidemque canones, ut humanæ leges omnes, ſubjici *, minus contro-

1.

* *Confr. introd.* § 4 *n.* 1.

* § 67

* § 70. *n.* 21.

* § 26. § 64. *n.* 7. § 69. *fin.*

troverſum ejus debet eſſe judicium. Igitur ſeu de fide, ſeu extra fidem ſit definitio, ſummæ poteſtatis ſupremum etiam poſt ſynodum erit judicium. Si placet definitio, probabit eam. Approbandi jus & improbandi includit, ne ſi improbare non liceat, approbandi jus non facultas, ſed præſcripta ſummæ poteſtati lex ſit, quæ ſummo ſuperiorem præſupponat. Improbandi jus & demendi, ſupplendi, emendandi, ut partes, complectitur *. Exercet autem ſupremum hoc judicium princeps triplici fere modo: vel per ſe, dum cauſam ex integro coram auguſta ſua ſede agi jubet. vel aliis ſupremam hanc cognitionem mandat, quod & in ſupplicationibus civilibus accidit. vel alii ſynodo cauſam reſumendam committit, etiam non ſuperiori, vel majori, licet & minori, quod non ſemel factum. * § 73 *n.* 2. § 65 *n.* 15.

§. LXXX. *Et ipſam ſacram facere functionem quid prohibet?*] Sub cultu quidem Dei naturali jus ſacra faciendi cuilibet fuit jure naturali *, nulla perſonarum diſtinctione, ut huic quam alteri magis liceret. Sed & naturæ lex Dei cultum præcipiens ſacram functionem ſingulis non permittit tantum, hoc eſt ſacra faciendi jus dat, ſed & jubet, nullo qualitatum diſcrimine, ex æquo omnes. Naturæ autem lex præcipiens cum non jubeat pugnantia, conſequens etiam eſt, ſtare ſimul ſacram functionem cum alia quavis poſſe: naturalis enim ratio tunc demum duarum vel plurium in eandem perſonam qualitatum concurſum impedit, ſi ita inter ſe pugnantes ſint ut ſtare ſimul non poſſint. Sed & cum per naturam modus nullus definitus, ſuo cuique * § 65 *n.* 1. * *Intro.* § 4 *n.* 7.

 modo

* §. 63. *n.* 1. §. 69. *n.* 3. modo liceret *, ſtatim atque diſplicere diverſitas cæpit jure ſuo eam functionem patres
* *Ibid.* & §. 65. *n.* 1. ſibi ſoli ſumſere *, (meritò, ut uniformis eſſet cultus, & honorificus omnibus, qui in diverſitate maxima pro affectuum diſpoſitione aliis contumelioſus videri poſſit.) ſic patres ſoli in familia exercuerunt, quod ex eorundem ſacrificiis paſſim, quę in ſacris functio tunc temporis prima ac potiſſima erat, liquidiſſimè apparet. Ipſi autem patres cum Principes in familia eſſent, quę regni quandam haberet imaginem, cępit ea functio ſimul ab Imperante exerceri. Luculentum pręter cętera exemplum in *Abrahamo* cernis. Is certe inter ſuos ſacerdotio functus, ſacrificia Deo ſummo non ſemel obtulit, & ſacra fecit: prin-
* §. 70. *n.* 5. ceps tamen *: quin & vir militaris, dum exercitum adverſus Reges quatuor educeret, ut fratris filium captivum liberaret. Hinc & de *Iſaaci*, *Iacobi*, & *aliorum* ſacris loca obvia. Defunctis patribus idem *primogeniti* jus exer-
* *Vid. annot. ad Gen.* 25. 31. & *Exod.* 24: 5. cuere *, conſenſu magis & ordinis ratione quam jure proprio, dum ęquales omnes, non idem quod patribus jus fuit: ſed quod manſit
* *Exod.* 28. 29. *verſ.* 44. ipſis ad conſecratum * Aäronem uſque, quomodo ſtatim dicetur. Sacra autem ab *Regibus* 5
facta, gentium extra Hebræorum Dei ſanctam exempla manifeſta nobis teſtimonia ſunt, quippe quibus familiare hoc, ut qui Rex eſſet
* *Exod.* 18. 12. ſacerdotio ſimul fungeretur. Ipſe Moſis ſocer
a *Gen.* 14. 18. *Iethro* Medianitarum princeps holocauſta Deo
* *Levit.* 8. *Exod.* 29. & 40. *Pſalm.* 110. 6. obtulit *. Teſtis & ipſe *Melchiſedec* (a): Teſtis ipſe in populo Dei Moſes ante Aaronem fuit *. uterque ſummo cum imperio *,
* §. 63. *n.* 2. a *Gen.* 14. 18. b *Deut* 33. 5. Rex Salem (a), Rex Jeſchurim (b), jure naturali utentes ſub cultu naturali, quod ut diximus jus ſingulis pro ſe cuique erat. Sed & cum

ita

ſingulis eſſet, jus penes omnes fuit eligendi
aliquem qui pro omnibus faceret, quod cum
ſub generali juris translatione in Imperantem
omnem tranſlatum ſit, ut eligere jam ipſe poſ-
ſit (quod ſupra probatum *) conſequens eſt, * § 65.
ut quam functionem adminiſtrandam cuivis
alii per ſe eligendo committere poſſit (quod
voluntatis cenſeri debet) ipſe adminiſtrare
vel retinere ſibi non prohibeatur *. Nam & * § 42. *n.* 6.
nullis datis judicibus, cum jus dandi eſſet, ipſe
populum judicare potuit, quod prius Moſes,
& datis, in tribunali per ſe cauſam cognoſcere
& definire non prohibetur. Adde & finem
eſſe imperii, & ad officium pertinere Impe-
rantis populo ſalutem etiam animarum procu-
rare *. De modo ipſius eſſe arbitrium. Et ad * § 65. *n.* 4.
ipſum pertinere doctrinâ ut preceptis rege-
re *, quod eſt paſcere Dei populum. unde & * § 71 *p. tot. et n.* 24.
ipſi paſtores, epiſcopi, ut alibi dictum *. Sane * § 63. *n.* 13.
philoſophiam, medicinam, juriſprudentiam
docere publice Regem, quamvis alii manda-
vit, ſi earum ſcientia peritus eſſet, nemo ne-
gabit. cur Theologiam? ſi in academiis, cur
non e ſuggeſto? templa poſt Chriſtum nihil * *Vid. Can. Synod. Trull.* 33.
ſanctimoniæ habent. Adde & in perſonis
7. ſanctimoniæ nihil eſſe, nec requiri quidquam,
Chriſtianos ejus muneris capaces omnes eſſe *. a *Exo.* 29. 44.
Secus atque ſub vetere Teſtamento, ſub cultu b *Ibid. cap.* 30. 7. 8. 10.
Dei inſtitutivo. Sanctus Aaron, ſancta ejus *eod. Num. c.* 3. 4. 10. *et c.* 18. 1. 2. *et* 1. *Chron.* 6. 49.
poſteritas (a), ſpecialiter ad ſacerdotium ſum-
mum & ſacrificandi jus (b), ſancta omnis Levi-
tarum tribus miniſtra ſacerdotibus ſpecialiter
ad miniſterium templi (c) ab ipſo Deo ſola & c *Num.* 1. 50. *ſeqq. cap.* 3. 6. 8. 12. 41. *cap.* 4. 15. *cap.* 18. 1. 2.
privative cum ſanctitate ſpeciali ſegregata, ſic
ut aliis non licuit, minato mortis ſupplicio.
Quare adolere Ducibus populi Iſraëlitici ſeu

judicibus qui vocantur, uſque ad Saulem Regem, & ab eo Davidi, & Salomoni regibus Iſraëlis, deinde regno ſciſſo in Juda & Iſraël ſciſſarum tribuum Regibus uſque ad Zedekiæ Judæ Regem, & Hoſeæ Iſraëlis ultimum (qui Reges omnes certè ſummam poteſtatem habuere) non licuiſſe *, & ipſius Saulis regum primi ſacrificia Deo diſplicuiſſe (a), & inter Judæ Reges Uſiam ſcabie percuſſum *, mirum videri ob legis ſpecialitatem non debet; erant etiam ex tribu Benjamin, & Juda, non Levi Reges: quare & ejus temporis argumenta eam, quam nos aſſerere conamur ſententiam, non debilitant. Adde & ſacrificia ju- 8.
bere Reges ipſa ſub legis ſpecialitate ut prius Moſem potuiſſe, qua ratione & ſacrificia adſcribi ſæpius Regibus videas, argumento ſatis manifeſto, ni lex obſtitiſſet id Regibus licuiſſe. Quomodo nec *Samueli* Judici, quem penes tunc ſumma rerum erat, lex ſpecialis obſtitit, cum ex tribu Levi eſſet *: igitur ſacrificia obtulit *. Nec *Eli* obſtitit quin & Judex & Sacerdos ſummus eſſet cum ex Aaronis, per filium Ithamarum, eſſet proſapia. Et ab *Juda Machabæo* uramque Principatus & Pontificiam functionem in eandem perſonam coaluiſſe, manifeſtiſſimum eſt. Illud profiteor functionem ſacram non ut poteſtates ſummas, ſeu jure ſummæ poteſtatis tunc feciſſe; addo autem ut appareat duas qualitates in eaſdem perſonas concurriſſe, quo prima noſtra ad hanc materiam conſideratio * affirmetur. Sed & *extra* 9.
ſacrificia quæ reliquam ſpectent functionem ſacram loca in pleriſque ſub vetere teſtamento Regibus notatu non indigna reperias. De *Ioſua* enim legitur, circumſcidiſſe omnes qui totis

* *dd. loc.*
a 1 *Sam.* 13. 7. *ſeqq.*
* 2 *Chr.* 26.

* 1 *Sam.* 1 *verſ.* 1. 20. *junct.* 1 *Chron.* 6. 27.
* 1 *Sam.* 7. 9. *&* 13. 7. *ſeq. &* eo *libr. paſſim*

* *n.* 3. *ſupr.*

totis XL. annis nati in deſerto circumciſi non eſſent,* quamvis & alios forte in auxilium adhibuiſſe omnino probabile ſit. Quid quod & ipſis privatis peritis ejus rei, etiam ſub lege Aaronica, idem licuerit? actus equidem fuit qui ad ſacra & religionem pertinuit, quippe in ſignum percuſſi fœderis antiqui adhibitus. Ipſe Joſua legem publicè prælegit populo, ad eundem convocatum publicè verba facit *, monet, docet, inſtruit de ſervanda lege Dei, de colendo vero Deo cum fidelitate & puro corde, de removendis alienis, cum promiſſione & pœnæ comminatione, Dei in populum beneficia commemorat, & ad gratitudinem hortatur ſervitii Deo *. Sic & *Joſias* legem ſacerdotibus, Prophetis, totique congregato prælegit populo *. Ad locum *Num:* * quo jubetur populus in feſto quod tabernaculorum dicitur, prælegere Dei legem toti Iſraëli, viris, fæminis, parvulis & peregrinis, ut audiant, & diſcant, timeantque Jehovam, & obſervent, & faciant omnia verba legis, notant Viri docti legem à Rege prælectam fuiſſe, cum accuratiſſima circumſtantiarum obſervatione. *David* inter alia pſalmum tradit in manus Aſaphi & cognatorum ejus ad celebrandum Deum *. *Salomo* ipſe templum conſecravit, preces convocato populo ad Deum fudit (a) *Eſechias* ad populum concionem habuit *. & quæ evolventi ſacras paginas plura occurrent. *Conſtantinus* ipſe Imperator in concione verba fecit: gentilium confutavit errorem in plurium Deorum cultu, de ſingulari Dei Imperio, de providentia, de ſalutari diſpenſatione, de divino judicio dixit *. Sacra autem matrimo-

* *Joſ.* 5. 2. 3.

* *Joſ.* 8. 34.

* *Vid. Joſ.* c. 23. & 24.

* 2 *Reg.* 23. 2.

* c. 31. 10. ſeq.

a 1 *Chr.* 16. 7. ſeqq.

b 1 *Reg.* 8. à v. 15. uſq. 54.

* 2. *Chr.* 32: 6. & ſeqq.

* *Euſeb. vit. Conſtant. lib.* 4 *cap.* 29.

monii, id eſt ceremoniæ, ſolennia, benedictio, quæ fieri in templis à paſtoribus ſolent, ſacra minus proprie dicta, à ſumma poteſtate peragi nil video quod impediat: quid ſi ſtylo conſtanti publicè fieri in foro coram Conſulibus placeret? ſolemnitates civiles ſunt. Quod coram facie eccleſiæ dicitur, in cætu eſt. Sublato 10.
per Chriſti in terris adventum ſacerdotio Levitico, abrogatoque cultu ceremoniali, & ceſſante ſanctitate ſpeciali ex ſegregatione poſteritatis Aaronicæ & tribus Leviticæ ad opus divinum ſpeciali, rectè infertur, reſtitutam ſimul *Imperantibus nunc ſub Evangelio* videri eandem, qui Melchiſedeco, Moſi ante legem, & ſingulis ſub cultu naturali fuerat, facultatem. Manuum certè impoſitio ſolennis 11.
cum nullo, quem hactenus vidi ſacræ ſcripturæ textu, in vim legis perpetuæ ad aptitudinem ſeu habilitatem adminiſtrandæ ſacræ functionis præcipiatur, vel ipſa ſanctitatem aliquam habeat vel conferat, ſimplex, ut alibi diximus*, ritus videri poteſt, & nuda ceremonia, voluntate utentium ſervata, quæ non venit inter neceſſaria; ſin inſtituta, cum legibus ceremonialibus abrogata. Si qui dare jus aliquod vel poteſtatem vel authoritatem putet, fieri neceſſarium non erit, nec verò ab ullo applicari poterit perſonæ ejus apud quem jus omne & omnis poteſtas eſt, & authoritas. Si applicari a ſubdito debuerit, jubere poteſt: Si ab extraneo velis, poteſtas omnis extranei vim ſuam intra territorium, nec in pares exercet. Adde ipſos Reges unctos, Chriſtos Domini appellari, ut alia conſecratione non indigeant, lege nova ſublatis iis quæ in conſecrandis ſub V. T. ſacerdotibus uſurpari neceſſario ſolita. Quin ut ſacerdotio ſummo quis initiaretur unctionem ne-

*§ 65. n. 17.

neceſſariam non fuiſſe, ex doctiſſimis He-
12. bræorum Bertramus notat. *. Quod con- * *De republ. Heb: p.251.*
tra ex morum diverſitate arguitur, ad deco-
rum non ad jus pertinet. Locus ad Timoth.
epiſtolâ * optimè interdicit conſtitutis paſto- * *2 Tim.* 2. 4
ribus & clericis curis ſeculi ſe immiſcere, po-
liticis maximè, ut quæ longè graviſſimæ: ad
Imperantes ſermo non dirigitur, quamvis ſa-
tis congruè forte duci inde argumentum ad
perpetuam in Imperantibus ſacrorum admini-
ſtrationem poſſet, ſed qualem ſuſtinere nec
ipſi quidem vellent, nec hujus quæſtionis eſt.
illud ſuffecerit, ſi dum libet, liceat, fortaſſis
13. eo jure rariſſimè uſuris, quomodo rarius Jo-
ſua, David, Salomo, Ezechias, Conſtanti-
nus, aliique de ſacris in concione verba fecere,
& hodie nemo facit: ſed quæ interrupta ob-
ſervantia cum facti res & meræ facultatis ſit,
trahi in argumentum contra jus Principum ne-
quit. Paulus continuo baptizandi munere * *1 Cor.* 1. 14.
functus non eſt *, miſſus erat ad docendum, *ſeqq.*
alii ad paſcendum edoctos. Chriſtus ipſe nun-
quam baptizâvit *. Quotuſquiſque hodie à * *Ioh.* 4. 2.
Pontifice adſpergitur? cum tamen neque
Chriſto olim, neque Apoſtolis, neque Pon-
tifici hodie quoties libuerit baptizandi jus ullus
neget. Atque hæc argumenta ſunt quę defen-
dere jus ſacræ functionis ſummæ poteſtati
poſſint. In baptiſmo & cœnæ exhibitione hac-
tenus ſanctimoniæ nihil magis vel præcipui,
14 quam in verbi prædicatione habetur. Quid
autem ſi in caſu neceſſitatis ſummæ jus hoc *ſin-
gulis privatis* concedamus *? * *Confer* § 63 *n.* 22.

§. LXXXI. *Quicquid tandem ad ſalutem po-
puli internam & externam, ſervandam pacem
publicam, tranquillitatem, defenſionem ducit,*

ipſe

ipſe procurat, ſolus æſtimat.] Refer hæc ad
a § 95. juris pleni (a) & abſoluti (b) materiam, ut
b § 28. quod ſui ratione ſingulis in naturæ ſtatu (c)
c § 3.4.5.6.7. idem civitatis reſpectu Imperanti liceat (d.)
d § 28. n. 2. Concludit nempe jura majeſtatis plenæ & abſolutæ enunciatum hoc generale, quod nihil non eorum complectitur quæ ad imperium exercendum pertinent, ſeu ſeculi res ſeu eccleſiæ ſit. Adde procurandi finis neceſſitatem *,
* § 14. in quo officium imperantis eſſe diximus. Unde
* ibid. jus ad media eſſe debet *, cum cui imperan-
* § 6. di jus ſit, & officium finem procurare imperii, ejuſdem juris imo officii eſſe debet ad hæc media procurare, ne ſi non liceat procurare media, imperandi jus inefficax, & procurandi finis officium ſeu neceſſitas ipſos ſummos Imperantes ad impoſſibile obliget. Quæ apta ſunt
* *Vid.* § 5. media Princeps ſolus æſtimat *, ne ſi alii ju-
* *contra* § 4. dicium demus, * ſuperioritatem in ſummam effingamus, quod natura ſummitatis non patitur: ſi ſingulis, confuſionem repetamus ex
* § 87. judiciorum diverſitate *. Solum igitur ſummæ poteſtatis judicium utendis mediis, etiam
* § 81. n. 4. adverſus exteros, quibuſvis ſufficere debet *, (nam & ſingulis hoc in naturæ ſtatu ad ſui conſervationem ex facultate & ratione naturali
* § 5. dedimus *) dummodo intra naturæ & divinæ legum metas conſiſtat, vel conſiſtere ſanâ & optimâ qua valet uti ratione ſe putet. ſic ipſe judicat. media vero ſunt jura majeſtatis omnia de quibus hactenus dictum. Sed & ſolius ſupremæ poteſtatis adeo univerſalis hæc procuratio eſt, ut qui ſuo arbitrio, nec juſſus, inſcioque principe negotiis publicis ſeſe immiſcuerit, proba quantumvis & ſincera ſit intentio & ſummo reip. bono inſtituta, majeſtatem

tem violaſſe dicatur. Inter plures autem ſi communis ex fœdere ſit defenſio, corporis magis judicio quam fæderatorum principum ſingulari tribuendum *, ut rei communis commune non ſingulorum ſit judicium, vel quod corporis eſt pars una concludat: neque vero conſentientibus in fędere ſingulis quid è re fæderis ullum majus, quam conſentientibus in imperium privatis quod è re ſit publica concludens eſt judicium: utriuſque enim reſtricta libertas eſt quatenus ab ea conſenſu receſſum, & dandum perſonę civili circa ipſius conſervationem, quod ſingulis ante impeira perſonis naturalibus de ſua conceſſimus. corpus fæderatum, ęque atque fæderati ſinguli, perſonæ vicem ſuſtinet *, Comitatur autem actus regios ſemper recti pręſumptio, ſupra pœnam. In inferiores magiſtratus ex neglectu, vel recta minus adminiſtratione actio datur.

* § 59. n. 9. 85. n. 7.

* § 25. n. 5.

1. §. LXXXII. *Jura hæc majeſtatis ſunt, nullis circumſcripta limitibus.*] Jura Imperii, jura ſublimia, ſacra Imperii, ſacra ſacrorum, ſacra individua. Omnis in exteriorem hominem, & circa ſacra, & circa profana poteſtas ab una
2. hac poteſtate, ut promanat, ſic dependet. Poteſtatem hanc finibus circumſcribere nullius terrenæ eſt poteſtatis. Non eſt ſupra creatoris poteſtatem ulla creaturæ poteſtas, quam poteſtate exuere & exinanire uno ſupercilii motu poteſt. Obmuteſcere ad nutum debent ampliſſimæ quæque congregationes, conventus, ſynodi, nemo qui hiſcere jure audeat, ſubjecti omnes. Fines à lege vel alia poteſtate. Lege
3. Imperatoris excipitur fortuna *: poteſtatem ſupra ſe nullam habet. Confer quæ de imperio ſummo & abſoluto alibi diximus *. Quod reli-

* Nov: 105 c. 2. § 4. ad fin

* § 18. n. 4. § 28.

reliquum eſt, ad modum pertinet, & extra jus eſt imperantis, ut eſt formæ mutatio, alienatio, teſtamenti factio, de quibus ſupra & infra plenius *.

* §28. n. 8. §94. n. 3. §. 98. 100.

§. LXXXIII. *Quaſi negare ſubditus, iiſve detrahere, vel ipſe attrectare majeſtatis reus ſit.*] I.
Qui enim jura majeſtatis negat, imperium & obedientiam negat. tota vis majeſtatis in imperio eſt & obedientia. Sic & omnium legum obſequio ſe ſubducit, quippe qui conſenſu in imperii delatione obedientiam promittit, eam cunctis legibus promittit, quas uno facto omnes violat, dum imperio ſe ſubtrahit: itaque amiſſo jure civitatis, non civis amplius, ſed velut hoſtis habendus quoties de ſuo præjuditio agitur; quamvis & puniri vi imperii & cum infamia poſſit. In ordine primus fere locus ei debetur qui turbas, ſeditiones concitat, quod orationibus maximè fit turbulentis, & doctrinis adverſus imperium principum, & auctoritatem & obedientiam debitam *, dum ſubducere eo facto non ſe tantum ſed & alios conatur, & pacem publicam turbat, & confuſionem molitur & belli ſtatum introducere, imperii ſubvertere, contra naturæ legem quæ exire è belli ſtatu, & pacem & imperium & ordinem jubet. ſic pactum fidemque promiſſam in eo crimine violari recte Baldus notat *. Adde autem ab attrectante ipſa jura tanto committi crimen gravius, quanto detrectatione ſeu negatione juris alicujus ſimplici attrectatio factum majus eſt: à quo excuſari vix poteſt qui privatus attrectaſſe negotia publica, etiam bono publico, dicetur. Sancta majeſtas eſt, ſancta majeſtatis jura, velut mons ille Sinai *, in quo majeſtas erat Dei, in quem adſcendere toti populo & ſingulis privatis prohibitum,

* Confer § 67 n. 3. fin. § 70. n. ult.

* L. Virtus d. ll.

* Exod. 19. 12.

bitum minato mortis ſupplicio, ſoli Impera-
2. tori Moſi permiſſum. Speciale autem hujus criminis in gradu ſupremo perduellionis eſt nomen, ſi hoſtili quis animo in rem publicam feratur, quo facto non omni tantum obedientiæ renunciat, ſed & actum ei quam maximè contrarium admittit; quod enim in necem fit Imperantis, in necem dicitur fieri ſingulorum, quorum omnium is unus perſonam & corporis animam ſuſtinet. Sed & rectè à Zypæo animadverſum, commiſſa quædam adverſus majeſtatem tam humili conſiſtere loco, ut quando-
3. que ex circumſtantiis excuſentur. Non committi à non ſubdito rationem naturalem habet, cum obedientiam ei non debeat, cujus nec imperio ſe ſubjecit. Igitur cum liber ſit qui inæquali fœdere tenetur, * majeſtatis crimen non contrahet adverſus eum, in cujus fide erit. Quod & verum in eo eſt qui in clientela erit alterius, vel ratione feudi vel officii ſubjectus dicetur: * quamvis revereri uterque quodammodo alterius Majeſtatem debeat. * At pro hoſte haberi eum qui Majeſtatem alterius offendit, & tradi poſſe, à ratione non a-
4. bit *. Verum originis ſubjectionem in eo crimine ſpectari juris magiſtris placuit; niſi quis conſenſu, vel juſſu receſſerit, dum ceſſet u-
5. trimque obligatio. Modos quibus committatur crimen Additionatores ad Clarum quadraginta quinque, pleroſque ineptos, minuſque veros enumeravere. An ex verbis prolatis, vel affectu nudo, vel ſcientia ſola præſumpti ab alio criminis quis reus cenſendus,
1. eundem conſulas *.

§. LXXXIV. *Voluntas pro lege eſt.*] Talis enim eſſe debet. Probat hoc vis imperii quæ

ex

* § 23. n. 1.
* *Ibid.*
* *Ibid.*
* § 29 n. 14.
* *Adde* §. 86. n. 2. 3.

ex conſenſu vel ſubmiſſione eſt populi in con-
*§ 17. ceſſione imperii *, quæ neceſſitatem id eſt
vim legis habeat. Hinc Ulpianus, *Quod prin-
cipi placuit legis habere vigorem*, Juſtinus,
Arbitria principum pro legibus eſſe. Apud
Livium, *Dictatoris edictum pro numine obſer-
vari*; cum populus in eum jus omne, vel im-
*§ *Vid.* 28. perium contulit *, ut quod velit faciat, quod
* *d.* § 28. *n.* non velit non faciat *, ſuique ac legum po-
4. tens, uno cuncta regens arbitrio. Apud Ec-
cleſiaſtem, *Sermo ejus plenus eſt poteſtate* *.
* *Cap.* 8. Liberrimæ diſpoſitionis incommoda qui me-
tuit, is ſecum penſitet quæ majora ſint in na- 2.
* § 9. 10. §. turæ ſtatu *; quid volens conceſſerit * quæ
20. *n.* 4. diviſi imperii incommoda *; principem na-
* *Paſſim* turæ legis & divinæ metum, & vel unius nefa-
* § 96. rii hominis, qui durius ſecum actum putet, te-
merarium auſum tenere; quamquam poſtre-
ma hæc ratio prudentiam monet, jus non mi-
nuit, mali tamen ejus metus boni quando-
que faciat cauſam exiſtere. Tantum autem 3.
confuſionis redit quantum per non obedien-
tiam authoritati detrahitur: hoc creſcit confu-
ſio quod authoritas decreſcit: quare quod
à legitimo imperante ſibi populus ſumit hoc
ſibi calamitatis ſumit, falſa ſub libertatis ima-
gine:

§. LXXXV. *In ſtatu poliarchico, quod pars
major decreverit.*] Refertur enim ad univer-
* *L.* 60. 1. *d.* ſos quod publice ſit per majorem partem, teſte 1.
R. I. Ulpiano ICto *. & Scevola dixit *, quod
* *L.* 19. *ad municip.* major pars curiæ effecerit, pro eo haberi ac
Adde l. 36. ſi omnes egerint. Conſentiunt in hanc rem
39. *d. re jud.* plurimæ Doctorum ſententiæ, ab aliis ad-
l. 17 § 6. *d. arb.* ductæ. Sed & naturæ lex quę judicia inſti-
Vide Carp. 1. *deciſ.* 82. tuenda præcepit, ne belli ſtatus maneret,
vel

vel ob datam injuriam manu continuo concertandum, judicandi ſimul ordinem præſcripſiſſe debuit, quo ad judicii exitum perveniatur, qui neceſſario is ordo eſſe debuit, ut pars conſentientium major minorem vincat; ne ſi convenire omnes debeant, vel raro vel nunquam judicii detur exitus: eſt enim naturalis hominum ad diſſentiendum facilitas, unde ad confuſionem & arma progreſſus, in rebus maximè dubiis quæ rationes utrimque habent probabiles, ut merito dubitare liceat utri adhæreas. Ex quo & neceſſitas politica apparet, ne ſi neutra vincat deliberationes extra concluſionem ſint, quod negotia publica non ferunt. Sed & cum expediendi ratio aliqua eſſe debuit; abſurdius nihil dari poterit quam ut pars major minorem ſequatur. Singulis igitur & omnibus in ſocietatem civilem coëuntibus placuiſſe conſenſu tacito ea expediendi ratio
3. videtur, quamvis de jure naturali demat. Un-
4. de regula, *In iis quæ à pluribus ut corpore fiunt, quod pars major conſtituerit à minore non debilitetur*: ſic ut abſentibus vel impeditis aliis jus aliis accreſcat; & vel penes unum jus ſit collegii. Niſi amplius lege ſpeciali dictum, qualis Theodoſii, Arcadii, & Honorii extat ſpecialis *. *Vt in nominatione Magiſtratuum duæ partes adſint eorum qui albo curiæ detinentur* *. Et aliæ generales *. Et Alexand. III. *Vt in electione ſummi pontificis quo plena ſit concordia duæ partes conſentiant* *. Sed & pactum libertati naturali conveniens eſt, ut conſentire omnes debeant, vel unius diſſenſus impedire cæterorum conſenſum poſſit: Sed quæ facultas cum ea prima ac naturalis ſit, dubitari nunc ſub Imperio poſſet, regula ne an exceptio putanda?

* *L. 45. C. d. decur.*

* *L. 3. C. d. decr. l. 3. quod cujuſq. univ. nom.*

* *Cap. 6. d. elect.*

* *n.* 1. 2. 3. tanda? ego magis exceptionem puto, per ſu-
pra dicta *, ſed quæ de libertate naturali tol-
lat. Illud iniquum videtur, cum impar ple-
rumque prudentia, par omnium ſententiarum
jus ſit; ſed quod ex incommodis neceſſariis 6.
eſt. Regula Bonifacii, *Quod omnes tangit ab*
* *Reg* 29. *d. R.I. in* 6. *omnibus debere approbari* *, locum habet in iis,
quæ à pluribus ut ſingulis fiunt: hic enim pars
major non vincet minorem, niſi caſibus ſpe-
cialiter exceptis. Optima Ictorum inter actus
neceſſarios, utiles, & voluntarios eſt diſtinc-
tio. Pluribus fœderatis accurata adhibenda 7.
diſtinctio, utrum in terminis affirmativis, an
negativis fœdus ſit poſitum: ut ſi in terminis
negativis, pars major minorem neutiquam vin-
cat; negandi enim qualitas juris & libertatis
naturalis manet, dum hoc dictum fœdere ſit, ne
affirmative liceat fœderatis ſingulis diſponere.
affirmative igitur diſponendi de his quæ ſingu-
lis non licent, ab univerſis ſeu votis conſen-
tientibus pendet, ſic negativa in affirmativam
convertitur. At de his quæ dicta initio in fœ-
dere affirmative obligant, magis eſt ut plurium
* § 81. *n.* 5. votis ſtetur *. Sed quæ numeranda juſtius ple-
rumque ſit proportionibus, quam per capita
computari; quod ut æquitati naturali conſen-
taneum, in plurium creditorum conſenſu &
* *l.* 8. *d. pact.* Papinianus * & bis Gajus * ſuis reſponſis
* *L.* 14. *depoſ. l.* 16. *d. reb. aut. jud. poſſ.* probavere. Concluſio autem quamvis conci- 8.
lii nomine formetur, quæ & ejuſdem autho-
ritate ſit exequenda, ſententiam tamen diſ-
ſentientium non mutat externam, ita ut diſſen-
tientium nec actio, nec factum dici queat *.
* § 44. *n.* 2. utrum vero ipſi exequi decreta contra propriam
conſcientiam teneantur, ex infra dicendis pa- 9.
* § 93. *n.* 3. tebit *. Votis æqualibus res in priſtino ſtatu
manet.

§. LXXXVI.

§. LXXXVI. *Voluntati obtemperandum, &
1. univerſis & ſingulis* *.]. Officia ſubditorum * *Add.*§.84.
complectitur, Tota enim vis majeſtatis in imperio & obedientia conſiſtit *. (de Imperio * *Livius lib.*2.
ſuperius ſatis dictum.) Tolle obedientiam jus tollis in perſonam *; civilis ſtatus ad confuſionem revertitur *, confuſaquè turba erit, nemo * §. 29. 37. * *Conf.* §. 22.
ubi audit neminem; nulla populo ſecuritas, *n.* 4.
2. nulla ſalus, itaque nec civitas erit. Adde exigendæ obedientiæ jus efficaciter ſatis ex voluntatis ſubmiſſione derivari *; quippe qui * §. 17. *n.* 1
velle hoc quod velit imperans intelligitur, ſi- §. 84. *n.* 1.
mul jam eidem voluntatis obſequium & jubenti parere promiſit, cum qui jubenti non pareat vel volenti obſequium non præſtet, quod vult imperans ipſe non velle intelligitur. Unde collige, ex pacti conſequentiâ in ipſa imperii inſtitutione initi, præſtandæ obedientiæ obligationem legis naturalis eſſe, & omni lege ſeu juſſione priorem *. Adde ſacram autho- * § 93. *n.* 4.
ritatem (a). Adde argumenta omnia quæ im- a *Deut.* 17. 15
perium probant. *Univerſis* dixi, cum & ſupra * 11. 12. *Joſ.* 1. 18.
dictum ſit, Imperantes populo ſuperiores eſſe, * § 28 *n.* 4.
quippe qui in ſubjectionis ſit ſtatu, qui obedientiam includit. Externam intellige obe-
3. dientiam, quâ ad factum ſubditi præciſe tenentur. Simpliciter cum quiſquis imperaturo promiſit, ſequitur obedientiam majeſtati à ſubjectis ſimplicem deberi *, quomodo in * § 84.
familia patri. Obediendum autem juſſis univerſaliter, licet ex eo imperii jure juſſerit
4. quod in alium transtulerit *. Seu legitimus * § 96 *n.* 2.
ex conſenſu Imperator, ſeu deſpota, ſeu in- § 98 *n.* 6.
vaſor ſit *. *Principes ſunt, obſequendum. quip-* * § 15 *n.* 2.
pe ni? de invaſore ſupra dictum & infra dice- § 16 *n.* 3.
tur *. Quid quod præſtandæ principi obdien- * § 19. *n.* 4. § 89 *n.* 6

tiæ qui renunciaverit majeſtatis reum fieri ſu-
*§ 83 pra dictum ſit *? Quanto populi obedientia
major, tanto ejus defenſio & ſecuritas major. 5.
quod per non obedientiam populus Imperanti
detrahit, hoc ſecuritati ſuæ detrahit. tantum
enim licentiæ ſingulis accedit quantum obe-
*§ 84 *fin.* dientiæ imperio decedit *. Quando non obe-
*§ 93. 94. dire liceat infra dicetur *.

§. LXXXVII. *De ratione nullus diſputat, nullus examinat, ſingulorum nullum de ea eſt judicium.*] Enim ſi ſubditis de ea judicium per- 1.
mittatur, jam de omni voluntate Principis,
de lege, de præceptis, de bello, de pace, de
fœderibus, de tributis, judiciis, & cunctis de-
nique principum actionibus, quid in iis æquum
quid iniquum, quid juſtum quid injuſtum,
in compendio, quę Principem moverit ratio an
ſit recta, inde cui placito in republica obtem-
perandum, cui non obtemperandum, penes
ipſos ſubjectos erit arbitrium: Itaque de reip.
adminiſtratione, & omni publico, penes pri-
vatos ſingulos ſuperius omni mandato erit ju-
dicium; cum non propter mandatum quiſquis
ſed propriam mentis ſuæ ſententiam & ratio-
nem, nec prius mandato quam proprio judicio
*§ 34 *n.* 2 obtemperaverint *. Accedit ex multitudine 2.
& per tot. ipſorum judiciorum diverſitas *, ex quo nul-
* *Ibid. & 69* lum jam erit obſequium, confuſa omnia, diſ-
n. 7 *& 70. n.* 4 ſidiorum materies, & vel nullum judicium;
ſed vero æquum iniquum, juſtum injuſtum ſit
præceptum, ratione una ac certa definien-
*§ 34. dum *: Unde fieri omnino nequit, ut judi-
cium ſingulis detur Sed & ordine in concilio 3.
inter ſingulos ea de ratione diſputatio eſſet agi-
tanda, quod iniri niſi authore principe non
poteſt: itaque ſubalternum erit, nec ſingulo-
rum

rum, ſed principis judicium, mediante conci-
lio. Si pro arbitrio liceat ut de ratione princi-
pis diſputetur, concilium ſummum erit, prin-
ceps nomine tenus, authoritate ſuadendi ma-
gis quam jubendi poteſtate. Recta igitur vo-
luntatis ratio, ipſaque voluntas juſta injuſtave
ſit, recta vel minus, penes ſolum principem
erit judicium *, Deo ſubjectum. Illud enim * *Add.* § 34
eſt regem eſſe, ita imperare ut alii ratio non
debeatur: niſi ultro velit, ut probitatem ſuam
populo teſtetur, quod quandoque prudentiæ
4. eſſe poteſt. Extra hanc, *Quis ei dicat, cur ita*
5. *facis* *? Sed adhibenda ſemper conceſſo ſoli *Eccleſiaſt. c.* 8
ſummæ poteſtati, negato ſubjectis judicio
limitatio ex, de qua infra dicetur *: & inter * § 92 *n.* 93.
publicum & privatum judicium diſtinctio *, * § 34 *n.* 1. *fin*
quæ ſummæ utilitatis eſt. § 69 *n.* 8. § 70
§ 93 *n.* 6.
1. §. LXXXVIII. *Reſiſtere nefas.*] Juris enim
naturalis renunciatio non reſiſtendi jus impor-
tat *. Obedientię promiſſio, quę in ſubmiſ- * § 17 *n.* 1.
ſione eſt, reſiſtentiam excludit *, quippe re- * *ibid.*
ſiſtentia obedientię repugnat. Sed & quate-
nus poteſtas omnis à Deo ordinata eſt, ordi-
nationi divinę reſiſtit qui ſummo Imperanti
reſiſtit *. Adde rationes pro obedientia om- * *Rom.* 13.
nes *. Adde exempla: neque enim Chriſtus, * § 63 *n.* 2.
neque Apoſtoli, aliique viri Sancti Imperanti- § 86. *& alibi.*
2. bus, etiam immaniſſimis, reſtitere *. Dan- * § 70 *n.* 18.
tur autem gradus reſiſtentię. Nam aut intra
nudam mali declinationem & juſſi negatio-
nem conſiſtit, impropriè, quia ſolam non
patientiam & imperati non obedientiam con-
tinet; appoſitè tamen, cum reſiſtere quodam-
modo videatur qui facere juſſa negat: At fu-
gâ non juſta imperantis vitare ſævitiam mali
licita & honeſta declinatio eſt *. Alter gra- * *ibid.*

dus in mali propulſione conſiſtit. Tertius in dantis ſimul offenſione. Regulæ exceptiones
* § 70 n. 19. § 93 n. 10. 94 n. 11. ſeqq. & 15. § 98 n. 2. fin. in loco videbimus *. De judicio damnatis non 3.
una ſententia eſt.

§. LXXXIX. *Magis ſolio deturbare.*] Im- 1.
perio privare, deponere principem. Non per formam judicii quod ſuperioritatem indicat. Solus princeps omnibus ſuperior eſt, non judiciis ſubditus ullis. *Rex eſt, ſuo utens jure, nulli obnoxius. Nemo niſi ſolus Deus judex principis eſſe poteſt.* Hinc & illud, *Nullam creaturam judicare Regem, ſed ſolum Deum benedictum.*
* §. 26. Princeps ſolutus legibus civilibus *, & naturalium & divinarum ipſe interpres
* §. 70. ſummus & judex eſt *. Sed & judicia omnia authoritatem à ſumma poteſtate habent: convocaſſe autem principem ſubditos ut de majeſtate ſua, utrum ſolio deturbandus diſceptarent, nullo jure præſumendum eſt, niſi verbis expreſſis id expoſuerit; ſed quæ ipſa ver-
* § 42 n. 3. ba revocabilia ſunt *, ne ſi non ſint, abdicaſſe à ſe majeſtatem cenſeatur. convocato toto licet populo ſumma penes principem
manet majeſtas. Minus extra judicium licet. 2.
Probat & juris renunciatio, & pacti vis in ipſo 3.
inſtituto imperio initi, quo obligaverunt ſinguli ſe inter ſe ſuſtinendi imperii, & electo
* § 17. n. 1. 7 imperanti præſtandæ obedientiæ neceſſitati *.
pacto ſolvere ſe nemo invitis aliis poteſt. Unde 4.
nec major pars, ſi vel unus diſſentiat. Nam quod
* § 85 dici vulgo ſolet, *hanc minorem vincere* *, in
* § 17 n. 5. 7. congregatione civili & ordinata obtinet *, facta convocatione legitimâ, poſitiſque articulis deliberationum extra quos nullius validum ſuffragium eſt convocati. In tumultibus non obtinet, quæ congregatio incivilis, nec or-

ordinata, & non legitime convocatorum eſt.
Adde quod & diſcerni ibi major pars non po-
teſt, & æquales eſſe omnes ubi nulla in alte-
rius voluntatem coactio. ſuperſuffragatio igi-
5. tur in congregatione civili eſt *. Sed nec *per* 85
omnes ſimul id poſſe, obedientiæ promiſſio
facta ipſi imperatori probat *, cui cum per * § 17. n. 7.
factæ promiſſionis acceptationem (acceptatio
enim in imperaturo requiritur *) jus quæſi- * d. § 17 n. 1.
tum ſit, obſtare non conſentienti non poteſt § 94 n. 2.
regula, quæ naturale pronunciat, *Vnumquod-
que eodem modo diſſolvi quo colligatum eſt.* Et.
conſenſus cum jus plenum det, & in vim abeat
contractus, diſſolvendi ejus pænitentia ſola
6. ratio non eſt ſufficiens. Poſitio igitur noſtra
eadem ratione in imperio Deſpotico obtinet:
nam pellere victorem & priſtinum ſtatum re-
petere victi, poſtquam juri ſuo ceſſerint,
nihil magis atque venditor rem venditam poſ-
ſunt. pacta ſervare oportet *. Nec diverſum * § 3. n. 16.
in Invaſore dicendum *, qui poſtquam pactio * § 16 n. 3. 4.
ſeu conſenſus acceſſerit hoſtis eſſe & occupa-
tor injuſtus deſinit. Etenim ſi removere quaſi
ob titulum injuſtum liceret, jam & in remoti
locum conſtitutus obtenti melioris juris re-
moveri ipſe, & conſtitui ejus loco alius poterit,
atque ita deinceps: ex quo futurum ut Rex
nullus certus, nullum ſtabile regnum. Quid
ſi durius Rex cum populo agat? Ipſe ſane
Deus per Prophetam jus Regis deſcribens *, * 1 Sam. 8.
ſic inquit, *Clamabitis in die illa à facie Regis
veſtri quem eligeritis vobis, nec exaudiet vos
Dominus.* Igitur aperte ſignificat, Regem
eum qui eo jure ſit uſus, Regem etiam man- a cap. 27. 8.
ſurum. Adde inſignem apud Ieremiam lo- ſeqq.
7. cum (a), & quæ ſupra dicta *. Limita poſitio- * § 63 n. 2. § 70. n. 18.

* §. 94. *n*. 9. 10. 11. nem, ſi poſita imperio conditio ſit, ut infra dicetur *. Extra hanc, nec qui abſit imperator quærendus, nec qui abſit pellendns. bouns civis præſentem reipublicæ ſtatum tuetur, quietem ſe agit, & voto precatur optima, & ſibi, & patriæ *. * *Adde* § 91. *n*. 2.

§. XC. *Occidere ſacrilegium.*] Nec in judicio, nec extra judicium: nec à pluribus, nec ab omnibus *. An vero occidere parentem, etiam durum & iniquum licebit? Accedit ſacra Davidis de non interficiendo Saule ſententia. Ipſe ab interficiendo Rege etiam perſecutore & ad mortem ipſum quærente, à Deo rejecto, Rex deſignatus abhorruit, *An facerem hanc rem domino meo, uncto Iehovæ, ut extendam manum meam contra eum?* Quin & ob abſciſſam chlamydis partem conſcientia illum torruit *. Adde quæ ſupra contra reſiſtentiam dicta *. Atrociſſimum inter crimina quæ hoſtili adverſus remp. animo machinari quis poſſit, illud eſt, quod in perſonam principis machinatur. Qui regnum invadit antequam pactus ſit cum hoſtis omnibus habeatur *, occidi jure poteſt. Quid in rege regno privato infra dicetur *. 1.

* § 88. 89. * 1 *Sam*: 24. 7 * § 70. *n*. 18. * § 16. *n*. 4. * § 91. *n*. 19.

§. XCI. *Qualiſcunque ferendus eſt.*] Sic ex prædictis colligitur: Si facere quod libet, liceat, ſi obediendum jubenti, ſi ſingulis ratio non debeatur, ſi reſiſtere nullo modo liceat, ſi nullum adverſus ipſum judicium, ſi ſolio privari, ſi occidi nequeat, certe ferendus. Solo Deo committenda vindicta eſt. Sancta ea moderatio apud prudentes fuit. ita Seneca, *Æquum atque iniquum Regis imperium feras: Indigna digna habenda ſunt, Rex quæ facit. Imperia habentum perferenda inſcitia eſt.* Apoſtoli 1.

illud

illud eſt, *Vocatus es ad ſervitutem, ne id te torqueat.* Et Petrus dominos etiam *pravos* & *duros* ferre jubet. Facit & locus quem ſupra ex Samuele produximus *. Taciti dictum eſt. *Quomodo ſterilitatem, aut nimios imbres, & cætera naturæ mala, ita luxum, vel avaritiam dominantium tolerate; vitia erunt donec homines, ſed neque hæc continua, & meliorum interventu penſantur.* Marcelli dictum apud eundem eſt, *Bonos Imperatores voto expetere, qualeſcunque tolerare* *. Placuit nempe Deo & per bonos & per malos reges opus ſuum operari *: quos & *ſervos ſuos, unctos, Chriſtos*, & *virtutem ſuam* appellat *. Sed & prius quam Regis quis in imperio vitia advertat, viderit num recte ipſe obediverit. Regem malum non raro improbitas & malitia ſubditorum facit, neque facile recte judicat, quem ipſum non recte facti conſcientia condemnat. Sed neque minima, nec mediocria in principe culpanda; homines ſunt, erroribus obnoxii. unde inique egerit populus qui divinitatem in principe deſideret. Atque hactenus in præcedentibus de *poteſtate* & *jure principum*, & *obedientia* regulæ, quas *exceptiones* ſequuntur.

* §. 89. n. 6.
* *Adde* §. 89 *fin.*
* *Vid. loc. Jer.* 27.
* *d. Cap.* 27. *Eſai. cap.* 44. 45.

§. XCII. *Divinæ autem ſupremi legiſlatoris, & naturæ, & humanæ poſitæ imperio leges*
1. *poteſtatem limitant.*] Abſolutam principis poteſtatem capitales hæ exceptiones limitant, quarum priores velut tacitæ conditiones in ipſa imperii delatione appoſitæ, effrenæ libidini modum ſtatuant. Tertia * plerumque expreſſa, aliquando tacite ineſt. ad quas reſtringi debent omnia quæ hactenus de jure ante imperia privatorum, & poteſtate Imperantium ſumma & abſoluta diximus. Leges igitur

* *De ea* §. 94

tur primò divinas & naturales oportet noſcamus, & quæ vis utriuſque obligandi ſit, ex quo virtus poteſtatis limitativa patebit. Divinæ 2.
antiquiſſimæ & generales ſunt ipſæ *naturæ leges*, quas coævas ipſi naturæ rationali ad ſumma capita ſupra reſtrinximus *. Recentiores 3.
poſitivæ vel ſingulis, vel certo populo, vel toti humano generi datæ, unde *ſingulares*, *particulares*, & *generales* dicendæ: eſt autem *decalogi lex* poſitiva quatenus aliquid præter legem naturalem habet *, cætera non populo Iſraëlitico particularis, ſed generalis. Noviſſimæ 4.
poſitivę *Chriſti* * *ritualium abrogatoriæ*, cęterarum *declaratoriæ*, & *confirmatoriæ*, in quibus *tota doctrina eſt euangelica*, qualem ipſe in terris, deinde Apoſtoli tradidere, quę quamvis non eadem cum lege, parem tamen cum ea hic vim habet, cujus reſpectu dici & lex poteſt *. Naturalium autem legum, ut à po- 5.
ſitivis diſtinguantur, originem à luce inata petimus *, quę lux innata, impropriè licet, & verbum Dei dicetur: poſitivę propriè verbo vel ſcripto prolatę ſunt. diverſitas igitur in promulgandi modo eſt, altera tacita eſt promulgatio, quia innata; expreſſa altera. Utra- 6.
que lex divina, & quatenus divinitus ad nos pervenit, principum nil minus, atque privatorum actionum moderatrix. Sed & naturę lex obligat principes qua homines, qua ratione pręditos, qua Deo ſubjectos *. Qua homines, ex creatione, quę omnipotentię eſt effectus. Ipſa nempe natura Dei omnipotens eſt, & poteſtatem in omnia habet: poteſtas autem à parte Dei cum ſumma, adeoque regnum ſit, à parte minus potentium ſubjectionem oportet agnoſcamus. Sed & omnipotentiæ inſignis ef-

* Introd. §4. n. 7. §3 n. 1. 7

* d. §4 n. 12 §69 n. 5.

* §63 n. 7.

* §63 n. 8.

* d. §4. n. 5. 6

* n. 9 eod.

effectus cum creatio ſit hominis, ſequitur Deum ſimul ex ipſa creatione omni homine ſuperiorem, ut cauſam effectu ſuo eſſe. His rationibus & imperare Deus omni creaturæ, & in eas dominium & proprietatem habere dicitur. ceſſant enim hic rationes, quare imperium patris nullum ex creatione alii agnoſcant *, * § 16 n. 5.
quippe dubium eſſe quin homo ſit ipſius Dei creatura, & in creatione ejus nulla cauſæ cooperantis virtus concurrat, non poſſit. Ita cum ad Jobum Deus, *Ubi eras tu cum ponerem fundamenta terræ* *? non omnipotentiam tantum, * *Job* 38. 3.
ſed & creationem, & ex his dominium & proprietatem adhibere in rationem voluit: quaſi, *Non nego creavi te*? Sic cum de terræ univerſæ creatione proſequitur, *Cui rei baſes ejus incumbunt* ? *aut quis jecit lapidem angularem ejus* *? *Tota terra mea eſt* *. quod de populis, * *vſ.* 6. *eod.*
hominibuſque ſingulis, dictum. Neque alio * *Exod.* 19. 5.
quam dominii jure vindicare Deus patrum iniquitatem in liberos dicitur in tertiam & quartam uſque generationem eorum qui non peccaverunt: ſane quod cum juſtitia non conſiſtit, cum dominio optime convenit. Quod de ſingulis dictum ad Principes transfer, ut æque homines, creaturas Dei. Cœli & terræ creator Deus. Cœli & terræ dominus. Qui cœlum, terram inhabitant, coloni, inquilini, villici ejus. Dei habitaculum cœlum, & regni ſui ſolium: terra ſubſellium, reges in ſubſellio pedum. Inde Deus Rex regum, Dominus dominantium: ſubjecti autem reges. *Reges in ipſos imperium eſt Jovis.* Reges divina providentia conſtituit ſub ſe, non ſupra ſe. Divina præſente majeſtate quæ maxima eſt, nullus ſplendor eſt humanę quę minor eſt. Quomodo

Re-

Regis ſuperveniente mandato nullum magiſtratus eſt, ita Dei præſente mandato nullum regis eſt. Ita terrena majeſtas ſe cæleſti ſubmittit: reſpectu ſubditorum qui Rex eſt, reſpectu mandatorum Dei idem ſubjectus eſt. Obligat etiam lex naturalis Principes qua ratione præditos, cum tota in dictamine ſit rectæ rationis. Utraque ratione quà Deo ſubjectos. ex quibus ſimul manifeſtum eſt, ipſum Deum omnipotentem creatorem regnum ſuum naturale jure ſuo obtinere, non delato populi principisve conſenſu. Eodem jure potuit leges poſitivas condere, & obligatos iis tenere privatos, & æque principes. & vetare, jubere per eaſdem, quod juſſum, vetitum per naturales non erat *. Placuit autem Deo regnum in Hebræos peculiare pacto ſibi conſtituere, vetere cum Abrahamo * eoque renovato cum Iſaaco (a) Jacobo (b) deinde cum toto populo (c.) Eoque rupto, cum populus alium ſibi Regem peteret (d,) novum cum eodem populo fœdus errigere (e.) mediante inter ipſum populum & Deum Chriſto Dei Filio (f) dicta conditione, ut & peccata Deus remitteret, & pactum à parte ſua ſervantes in Regnum ſuum cæleſte reciperet. Itaque ſervandæ cum ex vi imperii divini, tum ex vi pacti & naturæ & divinæ leges *, niſi inſigniter in Deum velimus refractarii & contumelioſi eſſe. Ad utramque naturalem & divinam pertinet regula. *Prohibere Principem non poſſe imperata, non imperare prohibita* alterutra lege quæ definita ſunt mutandi jus non eſt humanæ potentiæ, ſive ſacra ſive profana ſpectes, ut ſupra dictum *: utrum vero rationi hoc eſt legi naturali vel divinæ juſſa vel negata repugnent,

* *Vid.* §.26. *n.*1.

* *Gen.* 17.7.
a *Gen.* 3. *ſeqq.*
b *Gen.* 28.14.
c *Exod.* 19. 5. *ſeqq.*
d 1. *Sam.* 8. 5. *ſeqq.*
e *Ier.* 31. *verſ.* 31. *ſeqq. cum quo convenit locus ad Hebræos.* 8.6. *ſeq. Ezech.* 34.29.
f *d. verſ.* 6.
* *Confer.* §.26. *pr.*

* *Introd.* §.4. *n.* 12. §.33. *n.*5.

nent, ipſe per legis interpretationem judica-
bit *. In concurſu harum cum civili non eſt * § 70.
pecc tum huic non obedire, eſt peccatum
obedire *. *Permiſſa & non prohibita humano* * § 93.n.6.
ſubſunt arbitrio, quippe cum definita non ſint,
juris & libertatis manent naturalis *, quod * *Introd.* §3.
ſemper in principe cernitur. Illud obiter hic *n.* 8.
repetendum, quod licet ab authoritate civili
utraque naturalis & divina lex recte civilis di-
cetur, nomen obligationem non variet *: * § 27.*n.*7.
& illud ſupra dictum, ita obligare naturæ le-
ges ut conſcientiam rectam eſſe ſufficiat, nec
factum requiri; conatum vero enixum, quę
perpetua eſt & conſtans voluntas, pro facto
hoc eſt legis adimpletione haberi *. Quod
idem de legis poſitivæ obſervatione tenen-
dum. hęc de Principum actionibus circa ſub-
jectos. Inter ſe quod attinet, eadem natura-
lis lex, & divina poſitiva actiones moderatur:
ſunt enim inter ſe quaſi in naturę ſtatu *, quo * *Introd.*
naturæ lex obtinebat, hoc eſt omnia ſecun- §.4.*n.*9.10
dum lumen innatum ſeu rationem rectam rege-
bantur *. Poſitivę tenentur, dum Deum la- * § 1.*n.*2.
torem legum ſupremum agnoſcunt *. Adde * § 69.*n.*1
Gentium quæ vocant jura, ideo quod populo-
rum omnium, moratiorum ſaltem conſenſu
placuere, quatenus aliquid à legibus natura-
libus diverſum habent *, præcipiente naturę * *Introd.* §
lege pacta conventa ſervare: à quibus an re- 4. *n.* 14.
cedendi juſta ſit ratio cuique Principi conce-
dimus judicium *, donec conſtitutus utrin- * § 3. *n.* 22.
que judex vel electus arbiter controverſiam *ſeqq.* § 26.
terminet, vel diſſenſus pactione ſopiatur. *n.*8.§.36. *n.*
17.

1. §. XCIII. *Subditos obſequio ſolvunt.*] Leges naturales hic & divinas intellige. de conditionibus humanis proximè dicetur *.

Sol-

Solvunt autem ab *faciendi* obligatione ea quæ
ad cultum Dei, ſeu religionem nihil perti-
nent: De his enim locus hic ſpecialis ſit, cum
de *credendis fide interna*, & quæ proximè ad
eam materiam accedit, de *faciendis circa cul-
tum, religionem*, & *profeſſionem fidei exter-
nam*, quatenus nempe in iis obſequium præ-
*§ 70 *n.* 15. ſtandum, ſupra ſatis diſtinctè jam dictum ſit *.
ſeqq. & n. Solam igitur hæc exceptio *non-obedientiam*
20 *ſeqq.* permittit, quę facti abſtinentia coarctatur:
urgenti enim Principi reſiſtere, vel adverſari,
vel vim eo nomine inferenti vim referre, vel
ſolio deturbare, ab hoc jure multum diverſum
eſt. Videndum igitur hic quatenus non obedi- 2.
re liceat. qui articulus cum difficilis ſit, & in
materia noſtra eſſentialis admodum, in quo
cardo fere eſt totius negotii, revocanda in 3.
memoriam diſtinctio eſt, inter actiones inter-
*§ 33. nas & externas *: inter moraliter vel divina
* *Ibid.* lege definitas vel non definitas *: item jus eſſe
principi utriuſque teſtamenti tabulas publicas
faciendi, & robur publicum iis accommo-
*§ 69. dandi *: dubia legis divinæ interpretandi,
de doctrinę controverſiis judicandi, eodem-
*§ 70. que judicio & fidei articulos determinandi *.
Circa actiones obſervandum, internas non ca-
*§ 33. § 63. dere ſub imperio *, unde nec obedientiam im-
n. 5. 11. peranti deberi. Definitas non admittere impe-
*§ 92 *n.* 9. rium contrarium *, nec mutationem recipere
internam, ut quas lex naturalis vel divina malas
dictet adeoque prohibitas, ex imperio huma-
*§ 34. no ſint non malę & licitæ *: recipere externam
circumſtantiarum non definitarum reſpectu,
quas addere, demere, mutare licet: recedi ta-
men à definitis ex neceſſitate poſſe. Si *dubium*
de definitione ſit, utrum nempe actio *imperata*
defi-

definita ſit nec ne, (neque enim ubique adeo clara lex Dei habetur ut de ea dubitari aliquando non contingat, eſt quidem una ac certiſſima ejus definitio, quæ verò ſit ea definitio plerumque non adeò certum eſt.) igitur ſi dubiè imperatus hæſitet, cum definiendi dubium legis divinæ jus ſummæ poteſtatis ſit, omnemque actum principis præceſſiſſe prudens ſemper deliberatio, vel penes ſe, vel vocato in eam rem concilio nunc vel ante, & dubii ſi quid in lege occurriſſet accurata ſatis diſcuſſio, eamque ſequuta definitio juſta præſumatur, (quippe juſtitiæ præſumptio ſemper actus regios comitetur) obediendum in dubio potius cenſeo *, quam non obediendo datam imperii initio obedientiæ fidem, atque adeo & ipſam legem naturalem certo violare: ſtante enim dubio æquali amplectenda ſemper ea eſt ſententia quæ jure vel præſumptione aliqua juvatur. Igitur in judicio publico judicium privatum ſeu conſcientia tuto acquieſcet: magis autem ſi præſumptio ita dubitantem moveat ut in alteram propendeat. Adde quod interpoſita definitione dubium jam eſſe definit, non eo tantum effectu ut princeps actionem rectè jam imperare poſſit; ſed & altero, ut privatis ſingulis, poſtquam publica facta definitio & robur publicum ei accommodatum, pro dubia lex ad declinandam eo prætextu obedientiam jam amplius eſſe non debet: ſubditorum enim vel ipſius imperati reſpectu jus publicum facit, quod neceſſitatem externam imponit. ſive ipſi imperato deliberandi tempus, ſive non fuerit. Obedientia autem impleta cum factum requirat, ſequitur factum exigi ab imperato præciſè; ſi dubius adhuc

* § 70 n. 15.

5. (margin, beside "pus, ſive non fuerit")

hæ-

hæſitet, ad factum cogi poſſe; in contumacem pœnam eſſe licitam. Qui *non dubitet*, (quod dupliciter contingit, vel cum dubitandi argumentum nullum, vel aliud certo ſibi perſuaſum habeat) priore caſu exequi ſimpliciter debet, quomodo judicum ſententias carnifices exequuntur. non quod dubitent, vel de injuſtitia non plene perſuaſi ſint, ſed ſola juſtitiæ præſumptione: omnis etenim dubitatio ex præcedente aliquo argumento eſt quod dubium moveat, quale nullum vel pro juſtitia vel pro injuſtitia ſententiæ penes carnifices eſſe poteſt, itaque ſola juſtitiæ præſumptione; niſi ſententiæ velis juſtitiam iis explicari, quos ſic juriſperitos omnes, & theologos, & medicos quandoque eſſe oporteret, & penes ipſos ſuperius ſupra judices judicium. Altero caſu, ſi cui certò perſuaſum manet (non dubiè) actionem imperatam etiam præcedente deliberatione moraliter illicitam, vel lege divina prohibitam eſſe, adeoque minimè tutum ei videatur ſed vel exequi facto externo ſine peccato ſuo in Deum non poſſe, certe quamdiu in ea perſeverat ſententia, puto exequendum non

* § 70. *n.* 71. eſſe *: peccat enim, licet non reſpectu imperantis, læſi tamen, (impune licet, dum ab imperante pœnæ jus & judicia pendeant) & omnipotentis Dei, Imperatoris ſummi, qui ſuperior omni eſt imperante. Quin & peccat licet actus re ipſa juſtus ſit. Sic privatum hic valet judicium: quæ inſignis eſt limitatio factæ ſubmiſſionis ſummo Imperanti per ſingulos, in prima imperii inſtitutione, ſuæ voluntatis &

* § 18 *n.* 1. judicii *. Sed ne tunc quidem exequendum, cum peccatum putet Imperantis eſſe: neque enim placet hic argumentatio, quod quis pec-

ca-

catum alienum eſſe putat ſine peccato ſuo facere poſſe. Illud concedi poſſet, quod peccatum ipſe non eſſe putet, ſi fecerit imperatus, in peccatum ei non imputari *; ea enim opinio, quam ratiocinando quo meliore poſſit modo quiſquam amplectitur, hoc eſt, quam recta ratio cuique dictat, licet factum per ſe injuſtum ſit, facientem ab injuſtitia abſolvit. è converſo peccatum ſuum eſſe quod faciens peccatum ſuum eſſe putet, licet factum ſecundum legem ſit. Quod verò peccatum alienum eſſe putet, Imperantis nempe, id facere ſine peccato proprio poſſe, non eſt concedendum, quia facto ſuo ne efficere quidem debet ut alius peccet, quo præcepti peccatum facti peccato aggravetur; dum enim peccatum ſuum non eſſe putet, hoc ſaltem putat, peccatum alterius fore, quod ne velle quidem debet: aliter enim præcipit; honor & cultus Optimo, Omnipotenti Creatori, ac Conſervatori ſuo debitus, quippe quod ſignum eſſet irreverentiæ & contumeliæ erga Deum, contra dictante naturæ ratione *. Igitur ſive per factum ſe ipſum, vel alium caſurum in peccatum certo putet, abſtinendum eſt. Neque à peccato excuſo qui juſſus ſub mortis etiam ſupplicio obtemperaverit *, nam & Dei juſſus contrarius ſupplicium mortis æternæ habet. ſi imperanti obediendū, ſuperiori erit obediendum. ſi ob comminatum ſupplicium, ob majus obediendum. Quid ēim ſi adulterari ſub pœna imperet? quid ſi obvium quemque confodere? quid ſi pauperibus dare, parentes liberos alere, ſublevant inſontes, & alia hominum erga ſe charitatis & pietatis officia contra imperet? certe marium Hebræorum internecionem imperanti

* §. 5. n. 4. 5.

* *Introd.* §. 4. 5.

* *Vid. Dan.* 3. 6

X Pha-

* *Exod.* 1.16. & 2. *verſ.* 2. 3. Pharaoni obſtetrices non paruere *. Occidi Achabus Rex prophetas jubet, occultat eos
* 1. *Reg.* 18. Abdias miniſter *. Aliud ſi interficere, quem ipſe privata licet ſententia mortis reum pronunciet, ut ſupra dictum *, quia judicandi
* *hoc n.*
jus habet. aliud ſi poſſeſſiones alicui eripere, quia in eas jus quoddam habet *, quod quam
* § 30.
late pateat diſcutere non eſt cujuſque privati, maxime cum & reparabile damnum, & compenſandi poſſit adeſſe animus. Si neceſſitas facto imperato, accedat quæ nec cum extremâ mali patientiâ, etiam mortis, declinari queat ut ſi quæ juſſa corpus ſuum præbere cum maxime repugnaſſet, vi compreſſa adulterium vel inceſtum commiſiſſe dicetur, Si quis juſſus propriis manibus parentem occidere, cum arripere pugionem nollet, arreptam vi manum princeps in viſcera moverit, profecto nihil magis homicidii reus hic, inceſtus altera, quam qui in fontem vi majore ſubmerſus, ipſum ſibi mortem conſciviſſe dicendus, neutrius cum factum, ſed cogentis ſit, nec mens, nec corpus obedierit. Adde peccatum non
* § 92. *n.* 9. *Dan.* 6. 23.
eſſe, non obedire, eſſe peccatum obedire. * 7.
Sed cum jus ſit Principi imperandi dum illicitam vel prohibitam actionem ipſe non putet, refugium imperato in patientiæ gloria quærendum, dum parata adverſus eum executio ſit, & juſtiſſima quidem exilii condemnatio, qua efficitur ne ſubjectus imperatis ſit amplius. (velle enim hoc principes poſſe ut qui definita talia vel ſimilia externa non fecerit, ſub imperio ſuo, morari nulli liceat, extra dubium eſt *) aliave pœna ei infligatur gravior pro qua-
* § 31. *n.* 2. § 66. *n.* 5.
litate contumaciæ, arbitrio imperantis decernenda. Neque minus juſta coactio erit, licet 8.

expe-

expediri actionem imperatus ſine diſpendio ſalutis ſuæ æternæ non poſſe obtendat; quæ enim neceſſaria ſint ad ſalutem quæ minus, quæ expediri ſine diſpendio ſalutis æternæ poſſint quæ non poſſint, ipſe princeps judex erit *, ne in poteſtate ſit ſubditorum ſub conſcientiæ ſuæ, hoc eſt, privatæ ſcientiæ prætextu, (cujus ipſi quidem privative judices ſunt) & ſalutis quaſi diſpendio, omnem tandem civilem obedientiam declinare, quo civitas ad confuſionem dilabatur: proindeque & hoc in caſu juſtior ad implendum coactio adverſus dubitantem eſt, nulla excuſandum exceptione, quod ſi illicita ſit actio imperata, de qua nunc dubitat, per factum ſalus ſua periclitetur, quia & hoc antequam imperaretur in deliberatione & definitione Principis venit, cui, ut jam dictum, jus ſit fidei articulos & neceſſaria in queis ſalus noſtra conſiſtit, ſuo judicio determinandi *: neque enim video quo alio potiſſimum fine tam ſollicite juberentur Reges, ut exemplar ſibi legis ipſi deſcribant, idque penes ſe aſſervent, in eoque legant omnibus diebus vitæ ſuæ *; & Joſuæ, ne diſcedat ab ore ſuo liber legis, ſed in eo meditetur noctu & interdiu *, quam ut ex eo judicet, quod factum, qui juſſus ſecundum verbum Dei ſit, qui non ſit, ut ita cuſtodiat verba legis, ſervet, & ſecundum ea faciat * itaque dum jubet edoctus & eruditus ex lege, jam prius judicio ſuo determinavit expediri ſine diſpendio ſalutis poſſe. Extre-
9. ma autem coactio cum morte terminetur, ſic facti contra conſcientiam neceſſitatem quivis effugiet, ſi prius quam facere, pati mortem velit, hoc eſt, Deo obedire magis quam hominibus, quod Petri ad Judæorum pontificem

* § 70.
* *d.* §. 70.
* *d.* § 70. *n.* 4.
* *Joſ.* 1. 8.
* *Vid. argum. ex Nov.* 105. §. 4.

* § 70. n. 19. fuit reſponſum, in materia quidem doctrinæ
Euangelicæ juſſi ne in nomine Jeſu doceret *:
ſed quod æque ad actiones alias definitas ex-
* § 33. n. 5. tenditur *; quod in ſeptem fratribus, juſſis
ab Antiocho Rege carnibus porcinis contra le-
* 2 Maccab. gem veſci, in Maccabæorum hiſtoria*. Reſiſtere 10.
7. 30. & p. tot. autem jure ſuo agenti non licet, minus ob hoc
ſolio deturbare, vel ei manus inferre, de quo
ſupra, & articulo ſequente latius. Quare cui
imperata divinis legibus adverſa videntur, cau-
* § 70. n. 18. te is fecerit, ſi imperio ſe ſubduxerit *, quo
imperati duritiem & coactionem declinet. A- 11.
liud in actione mere *voluntaria* eſt, de ea enim
ſi quis dubitet, licitia nec ne ſit, omnino ab-
ſtinendum cenſeo, & tutiorem partem eligen-
dam, quæ manifeſtò pro abſtinentia conclu-
dit, cum in non facto nullum peccatum, in fa-
cto contemptio quædam legis ſit, de cujus ſen-
tentia dubites. Si in alterutram vergat judi-
cium, ut probabilior ea tuto eligetur. *Con-* 12.
ſcientia autem, ſi præceptis civilibus actiones
externæ reſpondeant, interrogari non poteſt
* add. §. 33. n. 2. *, quæ horrenda eſt illa in interiora cordis in-
quiſitio. Cor, anima, conſcientia Chriſti pe-
culium eſt. mens ſei juris eſt, quæ pars illa
melior hominis, quæ ſervitute excepta perhi-
betur. fides interna, ut cogitatio omnis, libe-
* § 67. n. 6. ra eſſe debet *: Sed & minime recte, nec vero
ulli bono coactioni ſubjicitur conſcientia, quæ
* Ibid. revelata paci publicæ nihil ſuperaddit *, re-
tenta nihil deminuit. Quod & in paſtoribus
ſervandum, qui docere eam quæ publice ſit
probata religio velint, quia ſufficere fides ſeu
profeſſio externa debet: inquirendi non ſunt,
accuſandi ſunt quod onus probandi in adverſa-
rium transfert. De actionibus *permiſſis* lege ci-

vili

vili hic non quæritur; excuſat lex civilis à pœna civili, ut pro crimine admiſſum in foro civili non habeatur *: quamvis vero violari lex naturalis, & manere legis divinæ pœna poſſit *. * § 39. cir fin. * Ibid.

1. §. XCIV. *Arctius imperium tenet quem conditiones obligant.*] Tertia hæc limitatio eſt, quæ imperii exercitium ſpectat *, accuratiſſimè notanda, quippe nullum fere hodie ab ullo Principe ſine conditionibus imperium obtinetur. Poſſe enim populum imperio conditiones ponere, extra dubium colloco: populus ſui juris moderator & arbiter eſt, cui non placet conditio, repudiat; neque enim invito obtrudetur. Ex pacto imperii eſt initium. ita enim cum ſingulis ſinguli, velle è confuſionis ſtatu ſe exire, & ſub ordinato, qui eſt imperii, vivere, itaque decretum ſibi eſſe juri naturali renunciare, & unius voluntati ſe ſubmittere, eoque actu ipſo imperium in unum conferre, qui illis aut aliis conditionibus imperet, rogantes utrum acceptare velit *: itaque pactum cum imperaturo ſeu ad imperium deſignato, non qua rege, ſed privato, intercedit *, qui ſi placet pactum, Imperans ſub conditione fit: conditiones in voluntate partium deferentis & acceptantis ſunt: liberæ ſunt, nemo cogitur, poſtquam placuere, ſervare naturæ lex præcipit, itaque obligant. non impedit ſervum ſub conditione ſe in ſervitutem tradere; poſtquam in ſervitutem tranſiit, perſonam amittit, ſervus ipſe, dominus alter ſub conditione fit. Generalis, præter ſupra dictâs *, imperanti conditio eſt. * § 92. n. 1. * Vid. hæc § 17. * § 14. n. 3. * § 92.

2. *Vt officium præſtet, ad imperii finem, populi ſalutem adminiſtret* *, ſed quæ ex lege naturæ magis quam ex facto humano eſt; quamvis * § 14. n. 3.

vis enim juriſjurandi promiſſorii accedere ſoleat religio, non nova tamen inde obligatio, ſed naturalis potius confirmatio venit, ut hanc magis ſervet propter pœnæ divinæ metum ex duplici violatione. Generalis autem hæc conditio imperium non facit non abſolutum eſſe *.
* § 28. n. 2.
Tacita ſpecialis in imperii delatione eſt, *Ne forma mutetur.* Illud indubitatum quidem, poſſe Principem vel Optimates imperium ad populum referre, (res facilè eo modo ad primævam conditionem redit, cum & deferi imperium poſſit*) quare ſi ex democratia ortum habuit, ad eandem redit: ſi ex primæva illa congregatione quæ non democratica ſit, de qua ſupra *, ad eum ſtatum redit, ſinguli ſui juris fiunt, & novum imperium, nova forma erigenda; qui diſſentiunt, in hoſtili manent conditione. *Populus* autem, cum democratica initio placuit forma, in principalem vel optimatium mutare, reclamante vel parte minore, vel aliquo, nihil magis poteſt quam Regem ſolio turbare*, cum fides interceſſit & conſenſus mutuus de ea forma tenenda; æque enim conſenſus in forma, atque in ipſo inſtituendo imperio valet*, & æque ſervandus eſt. Conſentientibus verò ſub eo imperio omnibus quin mutari forma poſſit, nemo dubitat; nam cum formæ mutatio ſub delatione non venit imperii, in jure manſit ſingulorum, etiam poſt delatum imperium, quare ut in arbitrio fuit ſingulorum quam voluit initio ſibi imperii formam conſtituere, ſic in arbitrio eſt eorundem, in ſenatum vel principem mutare: Sic & Rege mortuo vel ipſe tenere populus conſenſu communi imperium, vel mutare formam in Ariſtocraticam poteſt: niſi eligendi eo caſu jus ple-

3.

* § 99.
* § 17. n. 5. 6. 7.
* § 89.
* § 22. n. 1.

plenum, ſub ipſa imperii inſtitutione, in certas perſonas tranſlatum ſit; ut enim imperii jus irrevocabiliter in Imperantem, ſic irrevocabiliter imperii is habendi modus in eas perſonas tranſit, dum populus utrumque, non hoc minus quam illud, ab ſe abdicaverit. *Princeps* verò, etiam ſimpliciter à populo conſtitutus ſtatum imperii in Optimatium, vel *Optimates* in Principem minus rectè, atque in alterutrum populus, mutant. Accedat ratio, quod nec Principis nec Optimatium fuit induere formam; ejus autem mutandi jus eſſe non debet, cujus non fuit initio conſtituendi. Adde quod formæ mutationem ad habendi imperii modum, ad exercitium autem nihil pertinere diximus *: imperium delatum eſt, & imperii jura exercenda, quod & manente forma manet, erat enim ſub ea forma: neque juri vel imperio detrahit qui ſervari formam cupit, cum & integra & ſalva eſſe velit in quem initio collata ſint: cui ſi non placebat eâ formâ præeſſe, quomodo in arbitrio ejus erat acceptare, erat & repudiare; acceptatô, ſatis habet * ſi jura poſſit majeſtatis exercere & ſubditi obedientiam præſtent. Adde conſenſum ex deliberatione eſſe, quare cum hanc potius formam quam aliam elegerint, deliberantium interfuit ſub hac quam alia vivere; unde contra intentionem imperium initio ea forma inſtituentium mutari, & diverſa inſtitui omnino nequit *: etenim ſi diverſa placuiſſet, inſtituiſſent eam, quare cum non inſtituerint, inſtitutæ retinendæ voluntas manifeſta apparet. Poſſunt autem Senatus & Princeps mutare ſi alia ſingulorum voluntas ex novo conſenſu appareat,
4. quippe quo à priore receſſum ſit. Si conſentien-

* §28. *n*. 4.

* *Ibid.*

* §98. *n*. 5

di in Regum acta, vel ea approbandi jus ſibi populus generale ſervet, Rege per omnia ſuperior erit, quia & non conſentiendi, & improbandi habet *. hoc enim ſummum eſt quod alterius non ſubjacet arbitrio, non ſummum quod ſubjacet: ſic princeps propriè, non Rex erit. Si ad certos actus ſpeciale, eorum reſpectu quatenus non abſolutè penes regem, diviſum erit imperium, jus & diſpoſitio penes populum, juris exercitium & executio penes principem dicetur: neque enim hic regi, ſed populo adſcribitur voluntas, dum regis per ſe nullius efficaciæ ſit, propoſitio quam concluſio magis. Si perpetuum quod regum certos actus moderetur placuit eſſe collegium, ut convenire pro arbitrio nec conſcriptum à rege liceat, jam & hoc jus majeſtatis habebit, de ea re jure ſuo conveniendi. Sin ipſe Rex non ab 5.
alio poſita limitatione acta ſua rata eſſe nolit, niſi à ſenatu probentur, vel jubenti ſibi obtemperare inconſulto ſenatu, non conditio coarctans ſed mandata erit auctoritas, prudentiæ cautio *, (ad arbitrium revocabilis) vel ut ſenatus ſententiam exploret quo deliberatò & maturè omnia agantur, vel ne fallaciter quid à Rege impetretur *, vel ipſe importunis & contra legem flagitationibus illudat *. ipſi nempe Imperatores refutari à judicibus reſcripta *præcipiunt*: quare libellorum magiſtros, ſigilli cuſtodes habent, qui & oblata, & imperata examinent. Itaque non ab authoritate Senatus ſed ab Regis ſic jubentis erit nullitas. Alia conditio tempus eſt, ſed quæ natu- 6.
ram rei non mutat: licet etiam precariò, & quovis tempore revocabile quis imperium teneat: neque enim ex tempore, ſed ex operatio-

* § 79. *n.* 3.

* § 87. *fin.*

* *L.* 7. *C. d. prec. imp. off.* *N.* 113. *cap.* 1.

* *L.* 1. *C. d. pet. bon. ſubl.* *add. l.* 12. §. 1. *d. SS. Eccl.*

tionibus & facultate majeſtas cognoſcitur. tempus ad habendi modum ſpectat. itaque & abſolutum manet imperium intra tempus, dum revocatum non ſit, quia ad imperium conſenſus eſt abſolutus, & jus ſuo arbitrio agendi: jus quidem ſuo jure agendi concedenti poſt revocationum redit, ante revocationem nullum
7. ejus imperii jus, nulla diſpoſitio eſt. Summum etiam manet ſub alia conditione delatum *, * § 18 *n.* 6.
(diſtinguitur enim ab abſoluto *ſummum* *) pro- * § 28. *fin.*
mittit ad imperium deſignatus Princeps ante §. 96. *n.* 7.
adeptum imperium, adeptô ex ſtipulata promiſſione, conditionale ex eodem promiſſo eſt: non quod aliquis ſuperior vel in eodem ordine maneat tranſlato in imperantem imperio: jus omne imperii in ipſum tranſiit, jura majeſtatis ſolum penes ipſum ſunt, nullus qui attingere
8. ea poſſit. Summum igitur magis reſpectū aliarum ſummarum erit poteſtatum, quippe quas eæ conditiones nil ſpectent, domeſticæ ſint, id vero unicum ſufficere ad ſumitatem debeat, quod alii ſummo non ſubſint, quare in ſummarū poteſtatum erunt ordine. Sunt aliæ conditiones, ut volunt, in vim *Legum* additæ, *fundamentales* appellant, leges improprie, cum nec à majeſtate promanantes in ſubjectos invitos nec vetent, nec imperent: pacta igitur, conditiones rectius dixeris fundamentales, quod firmiter ſtent, nec moveri poſſint: unde perpetuæ, & adaptari iis actibus ſolent, quæ mutationem ex tempore vel aliis circumſtantiis & accidentibus non recipiunt; ſucceſſionibus maxime. Quæ mutationem recipiunt, cum firmæ non ſtent fundamentales dici non poſſunt. Jus imperii fundamentale, diſtinctum ab lege, ipſa eſt Majeſtas, quippe quo fundamento

totum innititur reipublicæ edificium, quo ſubducto in confuſa rudera dilabitur. Majeſtas 9.
impedita quodammodo per conditiones, & quæ in conditione vim legis naturalis, eſt, ſive *exercitio* limitatio ſive *juri* ſit poſita, quia facultas imminuta: unde injuſtus actus quia contra jus, hoc eſt legem: nullus, irritus, invalidus, quia non eſt in jure, hoc eſt, facultate agentis, ut ſententia ab incompetente ratione cauſæ pronunciata, cujus reſpectu non judicis ſed privati conditionem ſuſtinet. Reſtat autem 10.
poſita conditione & legibus, de violatis *judicium*, quod in dubio altæ poteſt diſquiſitionis eſſe, cum diverſa plerumque Imperantis ab multitudinis ſit ſententia: igitur ſi violatæ dicentur leges, quid reſpondendum de judicio cenſes? Supra dictum ſingulorum aut multitudinis nullum eſſe judicium *, & congregationem omnem illicitam quæ principe authore non inſtituitur *, inſtitutam ut de ſuis actibus judicetur præſumi nunquam *, quin inſtituto imperio nec populus quidem: igitur qui violatas putet, jam non populum inveniet qui violatas pronunciet, ſed multitudinem ſubjectam, diſſolutam, quæ perſonam non habeat, turba confuſa erit quæ nihil poterit: ſi dictum reſiſti violanti poſſe, de reſiſtendi modo non erit concordia: fruſtra igitur & conditio & lex eſſe videtur, niſi una populus jus ſibi ſervet de violatis conciliô decernendi, ut certum aliquod ſit judicinm: Hinc ut de jure non tantum, ſed & de modo conveniendi eo caſu, initio imperii dicatur, tutiſſima quidem juris & ſalutis conſervandæ ratio eſt. Verum qua omiſſa & ego puto, ſi reſiſtendi, vel amittendi, aliave imperio poſita conditio fuerit, hac ipſâ poſitâ reſer-

* § 87.
* § 44. 45.
* § 89. n. 1.

reſervaſſe populum & ſingulos ſibi (quippe ſingulis per conditionem jus ſit quæſitum) naturalem conveniendi de negotio communi facultatem videri, ut amiſſum imperium, & reſiſti poſſe, vel conditiones violatas congregati pronuncient. Faciunt rationes, ne cui jus ex conditione damus, media ad effectum negemus, quo inanis futura ſit conditio: quomodo qui imperium tranſtulit, & media ad imperandum tranſtuliſſe cenſetur *, ſic qui jus extra imperium ſibi ſervavit, media quibus jus illud obtineatur reſervaſſe cenſendus eſt. Voluit etiam effectum populus exiſtente conditione qui ipſam conditionem voluit. Neque profecto in re ſeria ludere. Igitur & populus in reſervatis perſonam retinet. *Tacite* igitur hoc ineſſe pacto cenſeri debet, tanto effectu, ut eadem atque expreſſi vis ſit. In conveniendi *modo* omnis difficultas ſita videtur; licet enim conveniendi eo caſu jus adverſus principem demus, adverſus concives & congregationes forte æquales concedi nullo modo poterit, quare nec valere ſententia aliorum, dum contrariam poterint alii dicere. Ordo itaque ad eam rem certus aliquis ſit, quo certiorati omnes in unum conveniant, ne probemus eo caſu tumultibus omnia agere. Convocatio igitur deficiente jam rege, à magiſtratibus proxime ſuperioribus facienda, è loco publico, ut cunctis innoteſcat; non quidem præciſa aliqua juris, vel imperii vel naturalis ratione, ſed probabili, ut in ſtatu politico ad ordinem inſtituto, interrupto eo, is ſaltem ſervetur qui magis ordinatus magiſque à confuſione abeſt, quæ evitari non poterit ſi convocationem ſingulis è multitudine demus: Niſi forte proponas Senatum

* § 28. n. 7.

vice

qui privatorum ſint loco *, & ſub generalitate, *Omnis animæ*, ut loquutum alibi Apoſtolum audivimus. Neque placere mihi eorum diſtinctio poteſt, qui licere hoc ſingulis in caſu notorio & manifeſtiſſimo affirmant: eadem enim hic plerumque quæſtio manet, quem penes jus definiendi erit notorium: ex negatione enim dubium redditur, vel ſi factum, vel qualitas negetur; unde inter doctos ſæpe controverſia, quid ſit notorium, quid manifeſtum? poſito autem jure, reſtat & declarari debere, maxime ſi facti tranſeuntis proponatur: Ergo non plebs, multitudo, ſinguli, vel magiſtratus judicabunt, quorum nullum, vel confuſum ſeu incertum eſt judicium, ſed poteſtas ſumma, infra quam ſolam principis eſt authoritas.

* §42. n. 4. §. 48. n. 3.

13. Sed & Regi abſolute nullis conditionibus dato tacitam hanc ex negotii natura, præter generalem, manere conditionem, *ne ſtudio perdat populum* quem conſervare debet *, reſiſtentiam autem jure adverſus admittentem declarari viris doctiſſimis placuit; præſumitur enim princeps omni ratione deſtitutus, vel ut homo mentis ſuæ minime compos, qui imperium moderari nequit, omnia ex inſano impetu agere. Quod etiam in Herili imperio quod conſenſu libero comparatum eſt, & Deſpotico affirmare libet: neque enim ex conſenſu dominus, vel ex victoria deſpota, licet uterque imperium poſſit ad propriam utilitatem accommodare, hoc jus conſecuti ſunt, ut ſine ulla ratione totum poſſint populum, vel partem majorem perdere; (quanquam belli jure ante conſenſum licebat *) conſiſtere enim ſimul, (qualecunque ſit imperium) imperandi voluntas & perdendi non poſſunt.

* § 24. n. 3.

* § 29. n. 8. § 43. n. 5.

14. Sed & reſiſtentiam

tiam recte ob enormem in populum ſævitiam declarari, æqua juris magiſtris viſa ſententia fuit: ſed & hic diſpectio reſtat, quæ enormis ſævitia, quid ſit perdere populum. Singulos, 15.
ſi ſævo furore & impetu princeps in vitam ſubditi irruat, & occidere paret, arcere malum
* § 29. n. 6. 10. poſſe*, ſed eâ modeſtiâ ne manum Regi injiciant, exemplo ſuo David docuit*. Unde fuga
* § 90. & 70 n. 18. med. vitare licere principis immodeſtiam & ſecuritati ſuæ conſulere, magis permiſſum videri de- 16.
* § 88. bet*. Sed & reſiſtentiam eo caſu licitam eſſe omnino probabile eſt, quippe cum jus ita pro libitu, vel per laſciviam obvium forte quemque innocentem occidendi tranſlatum non ſit
* § 29. n. 6. 10 *, nec reſiſtendi jus naturale tranſlatum in eo
* § 28. n. 15 caſu videri debet *, proinde in jure manſiſſe ſingulorum. At judicio damnatum licet non or-
* Confer § 17. n. 1. dinario ſed ſolius principis *, non reſiſtere, ad imperii exercitium & quietem quam maxi-
* § 79. n. 3. me pertinet*, quare nec ipſum Chriſtum re-
* § 88. ſtitiſſe, ſed & reſiſtentiam prohibuiſſe, alibi
* § 70. n. 19. monuimus *: eſt enim ea poteſtas à Deo ordinata, & Dei vices gerit, ut qui reſiſtit Dei ordinationi reſiſtat. Si commotus affectibus prin- 17.
ceps judicaverit, ferendum hoc, ſoli Deo vin-
* § 91. dicta committenda, ut & alibi dictum *. In- 18.
ter cauſas ammittendi ſtatim imperii non eſt legum, aut juramentorum violatio, niſi expreſſe dictum; reducendus in viam monitionibus princeps eſt. Eſt autem caſus proxime
* n. 13 memoratus *. Sed & occidere Regem poſt- 19.
quam regno legitime privatus ad privati, in naturæ ſtatu, conditionem redactus ſit, jure hoſtili licere, ut ſingulis in naturæ ſtatu, ex alibi dictis apparet, niſi denuo in ſocietatem ſe dederit. de jure occidendi invaſorem ſupra di-
* § 90. n. 2. ctum*.

§. XCV.

1. §. XCV. *Non potenter, qui non plenum.*] Is vero *plenum* habet qui majeſtatis jura omnia habet*: Ex his quod deficit, non plenitudinem ſed impotentiam arguit. Quid enim ſi legiſlatio deſit? alterius legum executor erit. Quid ſi judicandi, exequendi, puniendi jure deſtituatur? ſi armorum jus, vel belli, pacis, fœderum, vel tributorum non ſit penes Imperantem? ſi judicium ſuum alterius ſubjiciatur judicio? jam mutila poteſtas erit, & manca per reliquas ſuas partes, quarum altera in alteram ita influit, ut ſi una mutiletur, illæſæ cæteræ vel imminutæ eſſe non poſſint: atque iterum ita concatenatæ ac cohærentes invicem, ut una ſine altera explicari valide ſufficienterque non poſſit. Qua parte igitur mutila eſt poteſtas, ea parte non eſt poteſtas, quia pars ea tota deeſt: quâ manca, plena non dicitur, quia cæteræ partes patiuntur. Quæ vero deficit, vel mancam facit, ſi penes alium ſit, cum majeſtatem oporteat in rep. omnibus numeris perfectam eſſe, pars diviſa dicitur; unde *diviſum* vulgo *imperium*. minus accurate, cum actuum, jurium diviſio, diſtributio, non imperii ſit. Imperium, majeſtas una eſt. * § 28. *fin.*

1. §. XCVI. *Diviſio interitum minatur.*] Imperium naturâ ſuâ individuum eſt. Illud autem videndum, an & quatenus dividi, aut ſcindi in partes imperium poſſit: quod per diverſos modos explicabitur. Nam & dividi poſſe diſtinctis juribus, cauſis, perſonis, ſi præciſe ita velis, non quidem negamus. conſenſus formam dat imperii. cui diviſum non placet, in poteſtate eſt mittere. Illud autem contendimus minus firmum eſſe imperum ſi non omnia & plene*, & abſolute penes unum vel Prin- * § *præced.*

cipem

cipem vel Senatum ſint. formam, corpus irregulare appellant, ab incommodis recte morboſum dixeris, ſunt enim incommoda morbi
*§ 25. n. 14. imperii *. Sic igitur dividi *commode* non poſſe, ut jus quoddam majeſtatis penes unum, reliqua penes alterum, vel nonnulla penes tertios ſumme & abſolute ſint, ex proxime dictis
*§ praeced. apparet *. ſunt enim concatenata jura, ut omnibus in jure quidem proprio ſeu conceſſo jubentibus, efficere alterius juſſus poſſit ut alterius adimpleri non poſſit; unde vel nihil ſinguli habent quatenus impediri ab aliis ipſi, vel omnia quatenus impedire alios poſſint. Tolle pecuniæ exigendæ facultatem, tollis belli gerendi, tollis pacis ſervandæ, tollis defenſionem, tollis coactionem in ſubjectos, quæ ſine milite haberi non poteſt, milites non ſine ſtipendio; tollis executionem, tollis judicia, tollis obedientiam, concidit imperium, redit confuſio, ab extra nec ab intra ſecuritas, quam præſtare
*§ 14. utramque ad officium pertinet imperantis *. Concede pecuniæ vim, concedis armorum: concede arma, concedis omnia. ita in aliis, & ſingulis, & omnibus eſſe, cuique cogitanti ſuper iis, etiam leviter, occurret. Diviſis autem in hunc modum inter plures abſolute majeſtatis juribus, dum in exercitio ſingulorum conſentiunt omnes, optime procedit; ſin diſſentiant, proclivis ad diſcordias occaſio eſt, &
*§ 94. n. 9. fin. belli ſtatum *, in quo ſuperior fere ſemper is eſt qui arma habet: ſic diſſipatur regnum. Sed 2.
ex quo diviſionis incommodo & illud conſequitur, ſi imperii jus quoddam alii conceſſerit plene jam conſtitutus princeps, ſine quo explicare imperium, & pacem populo procurare & ſalutem non poſſit, nihil actum videri *,

3. deri *, Eadem incommoda non declinant * § 86. n. 3.
cauſis, actionibus ſeu materia qui dividunt, ut § 98. n. 6.
unus judicialibus, alter militaribus, tertius
eccleſiaſticis præſit, dum ſublata contrariæ
juſſionis nec diſcordiarum ſit occaſio. Sed &
magis ſemper ei obſequium præſtabitur qui
imperare ſub pœna mortis æternæ poteſt, vel
quorum dictis ni pareamus ſubeundam nobis, * § 68. n. 13.
quam minantur, mortem æternam putemus *: verſ: ſed ut.
itaque ſuperius eccleſiaſticum erit imperium *, * Ibid.
cum efficere ſuo imperio poterint ne civili pareatur, cui negata obedientia pœnam non niſi temporalem habet. Adde ſi collateralem nec civili ſubjectam eccleſiaſticam demus, defendere illi ſe adverſus hanc armis licere; quomodo homini naturali, & Imperanti ſummo
4. adverſus æquales, ex naturæ lege. Sed & perſonis qui velit diſtinguere, nihil quidem efficiet, nam ubique vincet territorii dominus. Hoc ipſo quod quiſquam ſub domini conſiſtit territorio, legibus ejuſdem ac poteſtati ſubjectus dicitur *. Itaque imperium ex ea ratione habere non poteſt, niſi domini conſenſu, * § 31. n. 2.
5. quod inferius eſt. Si territoriis, ut in ſuo quiſquis libere ageret, nulli ſubditus, jam tot
6. efficiuntur regna quot diſtinctiones. Si plurium concipias imperium, ut alter ſine altero nihil poſſit, ſed nec alter alterum ſuffragio ſuperet *, quia diverſæ plerumque hominum * Vid. § 85. n. 5.
ſunt ſententiæ, quas pertinaciter tenere ſinguli, maxime ubi ambitio ſubeſt, quæ contemtum ſibi fingere ex ſententiæ mutatione ſolet, concors imperium, proindeque ſtabile eſſe non poteſt. unde *Inſociable regnum.* & poë-
7. ta, *Sociiſque comes diſcordia regnis.* Minus ſtabile, ſi plurium in ſolidum ſit imperium: om-

 nes

nes præcipiunt, nemo exſequitur. Adde & naturæ ſummitatis repugnare, ut ſummo æqualis ſit *. Summus eſt qui ſupra omnes eſt. ſummitas æqualitatem ordinis excludit: quo argumento & viri doctiſſimi Deorum multitudinem oppugnant. Alexandri dictum eſt, *Mundum non capere duos ſoles.* & Bodini, *Vnam coronam non convenire duobus capitibus.* & Theſauri ICti, *Duos præſides eſſe in eodem Senatu non poſſe, niſi ſubordinatos.* Eleganter Hieronimus ad ruſticum monachum *. *In apibus princeps unus eſt, grues unam ſequuntur ordine literario. Imperator unus, judex unus provinciæ. Roma, ut condita eſt, duos fratres ſimul habere Reges non potuit, & paricidio dedicatur. In Rebeccæ utero Iacob & Eſau bella geſſere.* Probat & ipſum divini numinis inſtitutum, quod duos præeſſe æquali poteſtate, in ſtatu imperfectionis, non voluit, dum ſtatim poſt lapſum uxoris voluntatem viro ſubjecit *.

* § 18. n. 4. § 63. n. 15.

* C. in apibus

* § 3. n. 11.

§. XCVII. *At tota reſolvitur majeſtas quam vis ſubegit.*] Quâ voce & impetum maris, & 1
terræ motum, & ſimile complector, quo totus populus & civitas interit. Si qui ſuperſint, jura populi retinent, dum defendere ſe adverſus alios poſſint. Armis ſubacto imperio deſpo- 2.
ticum ſeu dominicum reſurgit. Si pura deditio fit, liberum victori in victos fit arbitrium *, ſubjecti omnes, & ſervi, privati & principes, eodemque omnes loco, ut dare vel eripere victor omnia poſſit. Res omnes, juſque omne corporale & incorporale ſtatim cum perſonis tranſire *, planum ex eo eſt, quod proprium eſſe nihil poſſit eorum, qui ipſi ſint alterius, quod alibi dictum *. nullum priſtini jus manet ubi omnia victori domino cedunt. Aliud

* § 29. n. 6. 7.

* Confer §. 30. n. 9.

* § 48. n. 5.

in

in captivis ſingularibus, qui res juraquæ extra poteſtatem hoſtium habent. Conſenſum autem requiri ſupra dictum eſt *. Quare & capto regi, quo uſque non conſenſerit ſeque victori non ſubjecerit, jus manet imperii, exercitium impeditum. inde & tituli, & inſignia manent imperii *. * § 16. n. 3. * § 16. n. 4.

3. Quid quod occidere jure naturali captos liceat & ſine conditione deditos *? addito temperamento, ni ceſſante hoſtilitate, poſitiſque armis obedientiæ & fidelitatis ſacramento victi victori ſe obſtrinxerint, iſque in fidem eos, ut ſubjectos receperit, quo remiſſa tacite, licet morte dignum quid admiſſum, omnis offenſa intelligitur *; & altero temperamento, * § 29. n. 8. 9. * d. n. 9.

4. de quo ſupra dictum *. Servi manent ex eodem naturali jure ubi ſervitus obtinet. Sic imperium ex victoria abſolutum, plenum, ac proprium eſt. Ubi ſervitus deſiit, in perſonas jus arctius ex jure gentium eſt *, quippe ceſſante ſervitute ceſſare ejus juris effectus debent. In res nulla mutatio eſt *. Quod electivum ante, vel ſucceſſivum erat imperium, à ſolo jam victore pendet, quippe quod jure nunc patrimoniali, hoc eſt dominio ac proprietate tenet *, ut vel ſeorſim tanquam populum habere, vel alteri etiam jungere ut provinciam, vel plures in unam contrahere provinciam, vel temperare quodammodo imperium, ſeu quia tutius ſeu ex juris benignitate, poſſit. Legum * § 48. n. 5. * § 19. n. 1. * n. 2. eod. * § 98. n. 1.

5. authoritas non à victo amplius, ſed à victore dicenda. Acta tamen à priore domino rata manent, ut & contractu victor teneatur, in cujus perſona civitas debitrix ſpectetur, dum ut jura activa, ſic & paſſiva tranſeant; cum omnem cauſam ſuam faciat. Imperium id eſt totum regnum, vel partem an dedere impe-

ranti liceat, §. ſequente videbimus. Illud hic 6.
ex jure gentium monendum, quæ vis abſtulit, poſtliminio recipi. jus enim naturale poſtliminium ignorat. Sic qui capti ad ſuos, ſocioſve qui in iiſdem ſunt partibus, ſeu vi bellica recepti, ſeu ſponte ab hoſte traditi redierunt, libertatem juraque omnia recipiunt, niſi quæ alienata interim ab hoſte in cujus jure jus erat alienandi. Quid igitur ſi totus populus ſub poteſtate hoſtili per virtutem ſociorum exemptus proponatur? Ex pactione expreſſa res erit judicanda. Etenim ad auxilium in fœdere offenſivo vel defenſivo pactio nuda ad reſtituendum priſtino ſtatui obligare non videtur; quippe quouſque pactio natura ſua non pateat: Quæ nec durare cum alterius ſubjectis poteſt. Quare ereptos è manu hoſtium qui poſtliminii jure priſtinam recipere conditionem putet, alia ei ratio inveſtiganda eſt, quæ ſuperiores vincat. Si locus hic poſtliminio, & fœderi reſtituitur populus, cum prius in jure erat populi. Reſtitui autem libertati ſuæ populum, prius liberum, qui ab hoſte libertate fuerit datus, nulli dubium eſt. At victoris ſe ſubducere poteſtati populo non licet. Ut nec ſervis fugere, niſi qui vinculis coerceantur, quippe cum fides iis non habeatur, inter ipſos & dominum nullum pactum nulla obligatio interceſſit *.

* §29. n. 8.

§. XCVIII. *A principe recedit ſi in alium transferat.*] Nullo diſcrimine, actus inter vivos vel ultimæ voluntatis ſit *: in extraneum vel in ſanguinem: purè vel ſub conditione fiat. At diſtinctis regnorum ſpeciebus, & applicatione facta ad *Herilis* & *Deſpotici* ſpecies: etiam cum ſervitus ceſſet, cum alienatio non ſervitutis effectus, ſed occupationis, & juris patrimonia- 1.

* § ult.

moniālis ſit. Herilia ex conſenſu libero, & Deſpotica quæ per vim meram initio comparata ſint, ut res aliæ in patrimonio habentur *; quippe dominus uterque & perſonas (a,) & res (b,) & territorium (c,) & jus imperii proprium & in dominio habet: unde & ipſi domini, regnum dominium, imperium dominatus appellatur. Igitur & perſonas, & res, & imperandi jus ſeu imperii jura, & regnum ſeu territorium, vel partes rectè alienat; in *alienationis* enim & *liberæ diſpoſitionis* jure jus maximè patrimoniale, dominii & proprietatis cernitur: Quamvis & per conditionem dici
2. herili conſenſuali ea lex poſſit, *Ne alienare liceat.* Idem jus *Regi inſtitutivo* qui vel ex *proprio patrimonio* vel *fructu* in uſum proprium deſtinato regnum ſibi armis vel prætio comparaverit: pecunia qua bellum geritur ubi vel propria, vel in fructu eſt *, locus eſt regulæ, E proprietate & fructu quæſita proprietario & fructuario cedere. Itaque non regno ſed Regi adjiciuntur, dum in ea ſit conditione, ut qui primo regnum per vim ſibi conſtituit, quo reſpectu merus deſpota, vel ex contractu eſt dominus. Si ex *ærario publico*, quod ad ſervandam, augendam rem, utilitatemque publicam, publicam, quid acquiſitum, non rei principis privatę, & cum jure atque in res privatas, ſed rei publicæ, populicæ, acquiſitum jure pleniſſimo & cum facultate alienandi dicetur. Principi quidem quod ad jus imperandi, quod ab ſe populus totum abdicavit, nam & acquirendi jus dedit, quod ſub jure belli venit, & acquiſitum imperio regendi: Populo autem quod ad facultatem negativam, *Ne alienare liceat*, cum jus affirmativum ſeu poſitivum, id eſt

* § 28. *n.* 16. & § 36. *n.* 1.
a § 29. *n.* 6.
b § 30. *n.* 9.
c. § 3.
* *Confer* § 62

affirmative ſeu poſitive diſponendi tranſlatum non ſit; quare ejus juris habendi ſeu retinendi populus perſonam habet. Nam ſi ex Democratiæ forma Monarchica inſtituta ſit; perſonam populus, quod ad jus in Monarcham non tranſlatum, retinuit, nec per alium hic perſonatur: Si ex primæva illa congregatione quæ democratica vere non ſit *, jus negativum penes ſingulos manſit, qui juris ſui conſervandi gratia convenire jure naturali potuerunt *. Sic populo vel multitudini non majeſtatem realem adfingimus *. non eſt ſine imperio majeſtas, nec in ſubjectis conſpicitur. ſed jus naturale damus. Atque hac noſtra interpretatione accipiendos volo DD. qui ea de quibus nunc ſermo nobis eſt, non regi, ſed *regno* ſeu *reipublicæ* acquiri regna ſcripſere; Extra hanc interpretationem non video quid ſibi *regni, reipublicæ* vox velit: nudus vocis ſonus abſque realitate eſt. Populi igitur victi reſpectu regnum alienabile eſt: Imperantis reſpectu, in quæſtione alienationis, eodem cum ipſo imperio inſtitutivo jure ac conditione quod voluntaria ſubmiſſione obtinetur. Videndum itaque in *hoc inſtitutivo*, Imperanti quid circa alienationem liceat, etiam cum conſenſu abſoluto, nulla conditione habetur. Equidem ut ſinguli imperandi jus in principem transferre, ſic & alienandi ſeu transferendi eidem principi in alterum jus, præter jura imperii, potuere: itaque alienandi jus ſub conſenſu expreſſe venit *, rati ſufficere ſinguli quod regantur, vel ſub imperio, vel ordinato ſint ſtatu, extra hoſtilem conditionem. Si initio non venerit ea facultas, alienare equidem populus poterit in ſtatu democratico, non qua populus ex imperan-

* § 17. *n.* 6.

* § 94. *n.* 10 11.

* § 28. *n.* 4.

* *Vid.* §. 28.

perandi jure, (neque enim ad hoc ſe imperandi jus extendit *) ſed qua ſinguli, novo lato *n. 5, 6, fin.
conſenſu ad alienationem, quod dare & initio poterant; nam & eo modo habendi jus, ut alia jura, initio in eorum poteſtate erat, quippe ſub imperii delatione cum tranſlatum non ſit, in jure manſit ſingulorum, etiam poſt imperia, quare transferre ſinguli, etiam poſt imperia poſſunt, dum, ut tranſlatum ſit, ſinguli conſentiant. Quod & in Principe & Senatu verum eſt, quomodo ſupra dictum, mutare eos ex novo conſenſu formam poſſe *. Ex- *§ 94. n. 3.
tra hos caſus (puta ſi nec initio, nec ex poſt facto conſenſus venerit) alienare Princeps, Senatus, vel ipſe populus ſi vel unus ex poſt facto diſſentiat *, non poteſt. Quare inter vi- *§ 89. n. 4
vos transferre annitenti Populo, Senatui, Principi, vel aliis ſubjicere, reſiſti, & impediri tranſlationis effectus, vel jure vindicari poterit, quaſi tranſlatum quod extra jus eſſet transferentis, neque enim, quod jam dictum, alienandi jus cum imperio tranſiit, vel ipſa alienatio actus eſt imperii. In Principe ſeu Rege ratio ſpecialis accedit, quippe cum eadem obligatio Regis ad populum quæ populi ad Regem ſit, non eſt ut facto ſuo Rex populum alteri ſubjicere Regi magis, atque populus ſubducere ſe imperanti poſſit, de quo ſupra plenius*. Adde jure quidem pleno Regem inſtitu- *§ 89.
tivum, non, ut dominus, perfecte proprio imperium obtinere. Quæ rationes & contra jus
3. Senatus applicentur. Semper autem transferre Senatum & Principem, etiam ſine novo conſenſu poſſe, ſi in manus velint reſtituere eorum à quibus ortum habuit, ex prædictis verum eſt *. res facile ad ſuam cauſam redit. *§ 94. n. 3.

Ipſos verò ſingulos ſeu multitudinem transferre, ſeu alienare imperium jam delatum, invito Imperante poſſe, minime placet, quia inſtituta poſt imperia nec ipſum amplius jus imperii, nec perſonam, nec voluntatem habent: itaque nulla eſt tranſlatio in ſecundum, ex jure priori quæſito: aliud ſi conſentiente imperante, cum perſonam Populo accommodet. De alienatione ſeu tranſlatione non voluntaria, ſed ad quam per vim majorem, hoſtilem, bellicam Princeps, Senatus, compulſus dicetur, alia poteſt conſideratio eſſe. neceſſitas extrema legem non audit, & ad officium pertinet imperantis ſalutem populi per omnia media, quantam poſſit maximam, procurare, quare ſi reſiſtere nequeat, dari poſſe imperium ac populum pactione, quam omnifariæ bellicæ devaſtationi, & hoſtium per vim irruentium permittere arbitrio, videtur. Hinc deditionem puram, per quam & necis jus datur, illicitam eſſe, omnino probabile eſt, quippe quæ contraria eſt conſervationi civium. Per pactionem autem quæ vitam ſalvam facit, & jura quandoque, & privilegia, immunitates, fatendum eſt, quantam fert neceſſitas ſalutem quæri, quod cum ad officium ſpectet imperantis, videri poſſit in ejuſdem jure hoc eſſe: At cum in jure proprie ſit imperantis quod per actus poteſt imperii, nec verò imperii actus ſit per quem exitur extra imperium *, dicendum ad tranſlationem eam ſingulorum requiri conſenſum, ut qui actus nec imperium ſit, nec ſub dato jure venit imperii. Si tueri imperium Senatus, Princeps, ſe poſſe deſperet, in medio relinquendum, ut qui non deſperet, arripiat, vel ſingulis, ſi ita malint,

4.

5.

* *Pex. r. 2. fin.*

lint, jus defendendi ſe naturale relinquatur, quippe quod jus manet *, vel redit, ubi præſtari ab imperante nequeat. Tranſlato imperio jura tranſeunt imperii omnia, & territorium, * Infr. n. 10.
6. & quicquid principis erat. De jure quodam alienando, transferendo, vel à ſe abdicando, non minor dubitatio eſt. *Iura* quidem cum imperio omnia ut transferre *Dominus* & *Deſpota* in alium poteſt, ſic ex juribus aliquod, actu inter vivos quolibet. *Rex* vero *inſtitutivus* transferre non poteſt, ne diviſionem inſtituat, qua totidem ſummæ fiant poteſtates, quot ſumma jura in perſonas diverſas abſolutè translata, vel eatenus etiam forma, id eſt, perſona imperantis, vel electi vel ſucceſſione probati mutetur, contra intentionem conſentientium *. interſſe enim jura vel penes unum, vel penes concilium ſint, ſupra ubi de formæ mutatione, conſideravimus *. Adde, quod ad imperium ne juris quidem alienatio pertineat, ſed vel tollat ipſum: Et jura majeſtatis ad principem inſtitutum jure quidem pleno, non proprio pertineant. Aliud videtur, ſi Senatus, Princeps, vel Rex inſtitutivus, Deſpota, Dominus, jus quoddam toti populo reſtituat: reſtituere enim populo poſſe ſupra dictum eſt *. Sed an repetere ſeu Dominus, Deſpota, Rex inſtitutivus, Senatus, jus vel conſenſu libero vel ceſſum extraneo vel ſubjectis, poſſit, ardua quæſtio eſt. In Rege inſtitutivo quidem & Senatu ſpecialis eſt ratio, quod alienandi jura majeſtatis, in extranenm vel ſubjectum, ne facultatem quidem habeant: igitur ceſſione facta nihil actum videtur. quare vel repetere ſeu revocare ea jura poſſunt, vel, ſi mavis, revocatione non eſt opus. In Rege deſpota, cui

* Confr. §. 42. n. 3. §. 96. n. 1. 2.
* § 94. n. 2.
* Num. 7. hic fin. & § 94. n. 3.

alie-

alienandi facultatem nullus negat, ſic etiam
reſponderi pro affirmativa poſſet: Ut ſi tale ſit
jus ceſſum, ſine quo exercere reliqua jura ma-
jeſtatis nequeat, repetere omnino poſſit, quia
dum imperare ipſe velit, manere ſemper po-
teſtas adæquata fini debet, inde tueri eam po-
teſtatem ſeu jus poſſe. media non eſſe definita,
omnia eſſe licita. Sunt enim contradictoria
hæc, velle imperare, & jus alteri cedere ſine
quo imperare nequeas; voluntas igitur quæ
manet imperandi, voluntatem alteram qua jus
tale ceditur, ſtatim & in ipſo actu revocat &
irritam eſſe vult, & nihil actum videri, vel
* §3. n. 23. erroneè conſenſiſſe *. Adde argumentum ali-
bi ex jure ad conſervationem membrorum pro-
ductum, quod enim ſingulis in naturæ ſtatu ad
conſervationem membrorum naturalium jus
eſt, idem & perſonæ civili ad conſervationem
membrorum civilium eſſe debet. Igitur quod
metu extortum, vindicare poteſt: ſi conſenſu
libero datum, dicendum & revocari conſen-
* §3. n. 3. 22. 23. 24. ſum poſſe, quod ſupra plenius *. Aliud eſt
ſi quis totum imperium à ſe abdicet, & ita ſe
declaret, ut imperare penitus nolit, vel nul-
* §99. lam imperii partem retinere, de quo ſtatim *.
Hoc enim caſu ſi revocare jus ceſſum liceret,
ſequeretur, quod nemo puto conceſſerit, victos
victorem pellere poſſe & regno privare: nec
hoc tantum, ſed & ipſum imperium Regi &
Senatui à populo in conventu democratico, vel
ipſa imperii inſtitutione conceſſum, eripi. At-
tentâ igitur hac diſtinctione reſtituere Princeps
& Deſpota irrevocabiliter jus omne populo,
non juris qualem dicimus partem, poterit. Et
his argumenis repetēdi ſeu revocandi ejus juris
ceſſi facultatem qui Regi velit defendere, ean-
dem

dem & ſucceſſori defendit: Licet etiam jus ceſſum nova ſit ſtipulatione vel juramento firmatū; neque enim juramentum vel nova ſtipulatio plus quam prior ceſſio valet, quæ ſi à cedente revocabilis, à ſucceſſore etiam vel centeſimo revocabilis erit, cum ſuccedat in jus primi. Sed armis vindicandum quod haberi jus à volente nequit. qui poteſtatis hic ſatis habet, de jure ne ſit ſollicitus. Diverſum paulo in Rege electivo eſt, cum in jure ſit populi jus quoddam defuncto datum ſibi retinere, vel plures etiam ſucceſſori conditiones ponere, dum ad ipſos redit imperium, quod & totum, ſi placet, tenere ſibi poſſint.
7. De parte imperii, *regione*, *urbe* particulari videndum: nam ſive ea pars, vel regio libera hominibus ante inſtitutum imperium habitata, vel ſimilis quæ ſui juris eſſet, conſenſu libero imperio inſtituto acceſſerit, (quæ vera unio ſive coalitio eſt *) vel civitas conſenſu primævo condita quæ partibus diſtincta ſit, (quæ enim pars vi ſub imperio redacta dubitationem hic nulli movet) dicendum & ſingulos, & partem ad defenſionem conſervationemque ſui ſub eo imperio conveniſſe, eandemque rationem eſſe quare nec transferri in alium imperantem, eique ſubjici ſub quo non æqua eſſet defenſio, pars invita poſſit; maxime ſi utriuſque non eadem ſit forma imperii: licet etiam, extra belli ſtatum, utilitas publica obtendatur. Illud [illegible] tolerabilius, ſi relinquere eam partem ſibi hoc eſt deſerere velit; ſed quod ipſum alienatio, tradi[illegible]io, & formæ mutatio tacita eſt.
8. Res communit[illegible]er poſſeſſas, ante imperia ſingulis non diſtribut[illegible]as, communes populi (fiſcales, populi patrim[illegible]niales alii appellant, quarum fructus de-

*§ 24. n. 1.

deſtinati ad ſuſtentanda reipublicæ, & regiæ
* §36. n.4. dignitatis onera) cum dictum ſupra ſit *,
Principis eas proprias non eſſe, ſequitur ex
iiſdem fundamentis, nec alienare eaſdem prin-
cipem poſſe. Quæ de alienatione, eadem de
infeudatione, & pignoratione dicta ſunt. De 9.
pecuniæ publicæ diſpoſitione libera ſupra
* §62. dictum *. Quid autem ſi vis bellica adſit, vel
bellum reipbæ indicatur, vel inferatur? Sane 10.
ut aliarum partium vel totius reip. imminens
declinetur excidium (qua utilitas licet nulla
major eſſe poteſt) cum tradere hoſti civem in-
vitum is qui conſenſu libero imperium tenet,
* §29. n. 13. jure præciſo nequeat *, ita nec urbem tradere,
vel transferre imperii partem in alium impe-
rantem poterit. Videndum igitur an non hic
eadem, quæ de cive, conſenſus præſumptio
* d. n. 13. cadat *. ſane partes imperii & urbes ſingu-
las quod ad imperantes ſummos loco privato-
* §37. n. 6. rum eſſe, ſupra diximus *. Cæterum quo
§41. n. 4. gravius ex traditione partis alicujus imperii
atque ex ſingulorum præjudicium, eo diffici-
lius in præſumptionem concedendum: Et
fortius lex naturalis, (quæ de ſalute & con-
ſervatione ſui) efficaciam ſuam exerit, quo con-
ſervandorum numerus major eſt, dum ſingu-
lorum reſpectu operetur. Quid ſi fervente 11.
bello vis urbi, vel unitæ ipſi ſub imperio par-
ti fiat? adhuc puto, dare imperantem eam in-
vitam, dum ipſa defendere ſe velit, (redit
enim relictæ parti defenſio naturalis & jus ad
media) non poſſe. habet civitas jus defenden-
dæ & conſervandæ partis, vel ſi mavis, im-
perium ſub onere defendendi. non eſt au-
tem defenſio ſeu conſervatio, nec imperi ac-
tus, eam partem alteri in ditionem tradere.

Quam

Quamquam ſi ipſe facere ad conſervationem corporis putet, punire deinceps pertinaciam poſſit. Neque diſtinguo, an ea pars ſub Ordinum imperio votum in regimine faciat; neque enim de jure hic agitur imperii: licet enim imperium tranſtulit ut ipſa in partem non veniat, conſenſum tamen liberum retinuit de eo quod
12. tranſlatum non eſt. Cæterum cum vix ſit ut in eandem ſententiam ſinguli conveniant, ut tenere unanimi conſenſu omnes velint, (neque verò tunc quæſtio locum habet) & pars multitudinis miles ſit, (neque enim plus civis valet) de quorum etiam conſervatione agitur, redit in ea confuſione (eſt namque confuſio omnis diſſenſus de eo quod tranſlatum non eſt, nec venit ſub imperii actibus: de imperii actibus confuſio eſſe non poteſt, cum ſit ordinatus ſtatus, & una ibi Imperantis voluntas) itaque naturæ is redit ſtatus, quo in concludendo de conſervatione medio pars fortior prævalet *, *§ 17. n. 5. etiam cum oppreſſione alterius *; itaque jure, *§ 3. n. 6. dictante naturæ lege, dare miles, ſi fortior, ad ſui conſervationem poterit, & ſubjicere ſe hoſti, perque omnia ei obedire in cujus manu vita ſaluſque eſt ſingulorum, tanquam ſolutis pacto in prima imperii inſtitutione inito, ut qui omni jam ſatisfecerint obedientiæ debitæ, ſingulis licebit; quippe qui ab hoſte jam, non à propria amplius principe defenſionem ſperent. Imperia inſtituta propter defenſionem ſunt, qua deficiente recte ad eum tranſitur qui defendere queat *. Imperantis vero reſpectu *§ 16. n. 4. dare nec miles, nec ſinguli poterint, dum ipſe *& hic. n.* defendere & bellare velit, & ad defenſionem 5. *fin.* neceſſaria præſtet, de quo ipſius erit judicium, & in temerantes, poſtquam in poteſtatem redierint,

dierint,

dierint, animadverſio. Sic nec extra vim belli- 13.
cam abſcedendi à corpore parti voluntatem
liberam eſſe, facta Imperanti in ipſa impe-
*§ 89. n. 5. rii conceſſione *, promiſſo probat. Neque
placet neceſſitatis exceptio, ubi juſſus Impe-
rantis contrarius obſtat, ne diſcederet; ipſius
enim Imperantis, nec partis magis quam ſin-
gulorum, de neceſſitate eſt judicium. Quod 14.
& dictum de civibus ſingularibus jure præciſo
eſto, maximè ſi non diſcedere civem reip. in-
terſit.

§. XCIX. *Vel ſponte deſerat, cum temporis
præſcriptione.*] Pro derelicto habita in jure non 1.
manent derelinquentis, quia habendi volun-
tas deficit, cum facto ſignificet, nolle ſe ea am-
plius in bonis ſuis eſſe: quo facto non *actum
realem*, ut abjectionem, ſed & *verba* com-
plector; quæ licet non vera eſſe poſſint, pro
veriſſima tamen animi & voluntatis declaratio-
ne in uſu juris valere ſolent, inſpecta eorum
qualitate, ut Baldus notat. eaque deſertio ſeu
derelictio *expreſſa* dicitur. Igitur cum nul-
lius eæ res ſint, reincidunt in eum ſtatum ut 2.
alterius fieri poſſint. Poſſunt autem & non fieri
alterius, ſi nemo ſit qui apprehendere eas ve-
lit; quod & derelictis imperiis accidere pro-
pter loci importunitatem, ſterilitatem, ſimi-
lemve defectum poteſt *. Unde aliud eſt deſe- 3.
*§ 28. n. 3. rere rem, aliud transferre, (de quo proxime *)
*§ 98. aliud prehendere deſertam. Hoc ſi ad impe-
ria applicemus, videndum, Qui deſerere, &
*n. 4. 5. quatenus in alterius præjudicium poſſint *: de-
inde quomodo qualificata derelictio tacita, &
*n. 6. 7. prehenſio eſſe *, vel quid accedere ei debeat,
ut juris derelicti alium dominum faciat: (è
n. 7. quibus tacitæ & expreſſæ differentia notetur)
de-

denique qui acquirere ex derelictione poſſint*, * n. 8. p. 19
4. quod de utraque ſpecie dicetur. *Deſerere* igitur, & pro derelicto habere imperia, juraque, & territorium, tacite & expreſſe, poſſunt qui jure proprietatis vel totam vel partem habent. Ita ut nec filio jus maneat poſt imperii abdicationem, cujus patri libera diſpoſitio & non impedita liberalitas eſſet, atque alterius rei: Neque enim differre alienatione, teſtamento, re-
5. ſtitutione, vel derelictione ſimplici abdicetur, omnino extra dubium eſſe debet. Succeſſivo autem renunciari in filiorum præjudicium impedit ratio, quod patre mortuo jus ex lege habent. derelictio civiliter morti æquiparatur.
6. *Tacita* derelictio in *non-facto* conſiſtit: unde argumentis tantum probabilibus, & per ea præſumptionibus de voluntate non facientis colligitur. argumenta nempe probant derelicti præſumtionem. Tale argumentum juris negligentia eſt, ipſa autem negligentia aliis iterum argumentis colligitur; puta ſi ipſe juris exercitium non curet, ac ſciens patienſque exerceri jura ab alio videat, qui animo ſibi habendi exerceat, maxime ſi is in bona ſit fide*, * § 35. n. 51
tanto temporis lapſu continuo qui contrariam voluntatis præſumptionem excludat; quod fit, ſi nullam contrariæ voluntatis juſto tempore notam ediderit. atque hic prehenſio (licet enim ita juris ab alio exercitium appellare, quamvis nomen maxime rebus corporalibus conveniat) cum ſimplici derelictionis actu concurrit, quia negligere jura vix poſſit niſi ab alio eadem exerceantur. Derelictionem igitur tacitam *ſcientiâ* & *patientiâ*: prehenſionem *bona fide* & *animo ſibi habendi*: utramque *temporis lapſu* qualificatam eſſe oportet. Modus

ac-

acquirendi *uſucapio* dicitur, quod res per uſum capiatur: exceptio ex eo jure veteri domino opponenda *præſcriptio* dicitur. Fundamentum utraque non in jure civili, & ex eo tempora præfinita & effectus ſingulares habet, (quæ ſolos ejus civitatis ſubjectos tenent) ſed in *naturali voluntatis præſumptione* derelicti vel conceſſi dominii; accedente ratione, ut dominia tandem poſt longum tempus ſint in certo, quod & pax ſuadet, quam ſervari inter homines lex naturalis jubet. inde bono publico introductam uſucapionem Gajus dixit *.

* *L.* 1. *d.uſuc.*

Ab expreſſa autem tacita & probatione, & effectu, & acquirendi modo ita differt, quod illa ſtatim rem occupantis *, hæc non niſi poſt tempus faciat; adeo enim manifeſta in expreſſa amittendi voluntas eſt, ut tempore, vel alio probandi adminiculo non indigeat, niſi forte circumſtantia adſit quæ ſuadeat requirendæ rei animum non abjeciſſe: In tacita cum non ſit manifeſta probatio voluntatis amittendi, ex ejus lapſu petenda eſt, ſine quo nemo rem ſuam alterius eſſe occupatoris velle intelligitur, quod & ſupra de prima rerum communiter poſſeſſarum occupatione diximus *.

* § 3. *n.* 19. 20.

* *d. n.* 19.20

In expreſſa concluſio ſit, ſolam derelicti *prehenſionem*, in tacita, *poſſeſſionem cum debita qualificatione* dominii jus tribuere occupatori & poſſeſſori adverſus veterem dominum. Ex utraque derelictione acquiſitio originaria dicitur, niſi quaſi originariam mavis, cum licet res reciderint in naturalem ſtatum, ſemel tamen alicujus fuere. Utraque ut inter ſingulos olim in naturæ ſtatu, eadem ratione nunc inter Reges obtinet: & hoc jus in tacita per præſumptionem uſus Gentium probavit. Minimè autem

autem recte ex hac tenet qui poſſeſſionem interruptam habet. interruptio contra patientiam arguit, & actum voluntatis deſerendi contrarium teſtatur. itaque qualificationis eſt vitium.
10. Simile in magiſtratibus inferioribus, qui velut miniſtri jura omnia nomine ſupremæ poteſtatis, nihil proprio exercent, quippe à qua dependent *, & perſonam & qualitatem, nihil à ſeipſo, habent; quod cum ſciant, nec non ſcire poſſint, animus ſibi habendi adeſſe non poteſt. & hinc vitium: jure igitur aufertur, vel inhibetur, vel non acquiſitum dicetur, quod
11. etiam longiſſimo tempore exercuerint. Inter hos principes propriè ſic dictos cenſeo. Licet enim perſonam in Ordine aliquo Imperantium ſuſtinere poſſint, adeoque inter perſonas imperantes numerari, imperii tamen partem cum non ſinguli, ſed totus ordo faciat, merito eo reſpectu ut ſinguli omnes, cujuſcunque ſint ordinis, in conditione privatorum cenſentur, imperio ſubjecti & legibus: Sin ut decretorum executores, vel quibus demandatum à ſumma poteſtate juris alicujus exercitium ſit, & inde locum inter magiſtratus inferiores & miniſtros tenent *, eodemque cum illis jure in hac materia cenſendi: Si tamen proprio nomine jura quædam exercuiſſe proponantur, dicendum profecto animum ea ſibi habendi induiſſe: ſed quæ vindicari à majeſtate poſſe, ſupra tibi de imperii & formæ alienatione, & mutatione plenius, probatum
12. eſt *. Inter diverſos autem ejuſdem reipublicæ Ordines quatenus præſcriptio procedat, & alius utrum adverſus alium acquirere poſſit, non adeo expeditum videtur: etenim ſi imperii jura & Majeſtatem ſpectes, privati ſinguli

* § 41. 42.

* § 43. n. 3.

* § 94. n. 3. § 96. n. 2. § 98. n. 2. 6.

guli

guli videntur, dum non penes Ordines ſingulos, ſed junctim penes omnes imperii majeſtas conſiſtat; quare ut ſummi imperantes ex ratione naturali, ſepoſita civili lege, præſcribere non poſſunt: ſed & qua ad imperium ſinguli, ut partes integrantes, veniant, quarum altera alterius non ſubjacet imperio, unoque vel altero Ordine dimembrato corpore non ſit imperium, non privati, ſed Imperantes potius videntur: Veram ſententiam puto, non ſecus atque ſummos imperantes alioſve populos liberos adverſus alteros præſcribere *: non quia ſummè imperant, ſed quia nemini parent, quæ ratio ab omni civili lege & coactione eos ſolvit: ortâ igitur de præſcriptione inter Ordines controverſiâ, pactione eam ſopiri, vel diſſolvi rempublicam, vel bello civili fieri ex partibus aliquam ſuperiorem neceſſe eſt. Diviſa inter Populum vel Senatum & 13.
Regem imperii jura, vel quæ in delatione populus ſibi ſervavit, ut acquirere Rex à populo, ita Populus ab rege poteſt, quia uterque perſonam civilem habet, quæ juris civilis, ad civitatem pertinentis, acquirendi ſit capax. Po- 14.
pulus autem acquirere à Rege abſoluto ex præſcriptione, ſeu derelictione tacita non poteſt, dum corpus vel perſonam ei adfingere in ſocietate, etiam ſimplici, omnino nequeas; cum totum quod imperii & obedientiæ ſit, & corporis & perſonæ, & jus faciendi & habendi omne in Imperantem tranſiit: nec animum induere ipſe populus ſibi habendi poſſit *. Quod limita, niſi princeps populo perſonam juris acquirendi capacem accommodaverit, quam Concilium vel Senatus repræſentet, & jus tale ſit, quod exerceri reliqua Majeſtatis jura

* *Vide ſup. n.* 8.

* *Supra n.* 10

jura non impediat , quippe quale jus acquiri
ceſſione expreſſa populo poſſe , ſupra dictum
eſt *. quod autem ceſſibile eſt, idem eſt præ- * § 98. n. 6.
ſcriptibile. Sed vero ex derelictione expreſ-
ſa congregatus civiliter ipſe populus occupan-
15. do primus prævenire alios omnino poteſt *. * § 3. n. 20.
Deſerto populo defenſio primæva, & jus omne
16. naturale redit *: quod & in imperii parte ali- * § 14. n. 3. § 29. fin.
qua, & ſingulis verum *. * § 98. n. 9.

§. C. *At naturaliter deponit, ſi vita functus,*
1. *hæres imperium non excipit.*] Fit hoc ſi hæres
proximus nullus exiſtat , vel ipſe, vel teſta-
mento ſcriptus repudiare malit. Si proximi
exiſtant nec repudient, nec extraneus ſcriptus,
ſucceſſio ex conjecturata regitur voluntate.
2. Sin quis ſcriptus, ex expreſſa voluntate. Perti-
nent autem hæc ad Monarchici ſpeciem, quam
Herilem ſupra & *Deſpoticam* diximus *; niſi * § 98. n. 12
aliud initio convenerit. Et in *Patris* imperio
verum eſt, qui jure proprio, non limitato, &
3. in dominio habet. Cæterum cum ad certum
terminum, ad *vitam* vel ad *tempus* datus, in-
ſtituendi hæredis vel qui imperium poſt termi-
num excipiat, jus non habeat, manet popu- * § 94. n. 8.
lo conveniendi naturaliter facultas * ut de *fin. & per tot.*
ſucceſſore vel per legem, ſeu regni ſpecialem,
ſeu de ſucceſſionibus etiam rerum privatarum
generalem, vel conſenſum novum proſpiciat.
(de modo ſupra dictum *) unde *ſucceſſivi* & * § 94. n. 9.
electivi nomina: ut enim electio ex conſenſu
eſt populi, ſic & ex ejuſdem voluntate primæ-
va, non prædefuncti Regis, ſucceſſionis eſt
ordo. Quare ſupervacuum & ineptum utro-
que caſu mihi videtur, de nominando ſucceſſo-
re Regem præſentem interpellare : aliud, ſi ut
legitimitatem agnoſcat, (quamvis & hic du-

 bium,

bium, quatenus agnitio ſimplex valere in alterius præjudicium poſſit) dato autem valere, Rex filium nominat, præſcriptus legibus fundamentalibus ſucceſſionis ordo Regem deſignat: At vero ut is ſucceſſorem deſignet, apud quem libera ejus rei diſpoſitio, vel jure proprio vel delata ex humanitate eſt, prævidit Impt. *rem odioſam eſſe, & plenam triſtiſſimi, & periculoſi eventus* *. unde prudenter Eliſabetha Angliæ Regina, de ſucceſſore nominando interpellata, *Vivæ ſibi ſepulchrum non eſſe fodiendum*, reſpondit: laceſſita deinde Procerum petitionibus, Majeſtatis reos pronunciavit omnes, qui de regni ſucceſſione ſermones ſererent *. nempe, *Suſpectus ſemper inviſuſque dominanti eſt, quiſquis proximus deſtinatur* *. Idem, quod de eo qui ad vitam vel ad tempus datus, dicendum de Rege cui *ſimpliciter* imperium *inſtitutivum* conſenſu abſolutiſſimo, nullaque termini præfinitione delatum fuerit: imperium nempe delatum eſt, ſub cujus definitione non venit alienandi facultas *. non verò imperat qui imperium alienat. Quod & teſtamenti factionem complectitur: eſt enim alienatio, diſpoſitio per quam dominium tranſit: itaque conſtituere ſucceſſorem ſibi teſtamento nequit. Teſtatio pro commendatione apud populum valet, quo non aſſentiente nulla ejus virtus eſt: Manet enim populi jus & diſpoſitio *, modo quo de imperio conditionato dictum *. Jus populi electivum dicitur, niſi in imperii inſtitutione tranſlatum in alios ſit *. Idem circa exheredationes jus eſt. Dum electio pendet, tempus interregni dicitur, & nullum corpus politicum vel perſona publica exiſtit, niſi ex novo populi congregati ad electio-

4\. 5. 6.

* L. ult. c. d. pact. & DD. ibid.

* Ann. 1566 & 1581.

* Tac. hiſt. 1.

* § 98. n. 2.

* § 94. n. 8.

* n. 9. eod.

* n. 3. eod.

lectionem conſenſu : quomodo enim anima vita eſt corporis naturalis, ſic corporis omnis politici anima & ſpiritus unus Summa poteſtas eſt, quippe à qua dependet *, & motum habet, & operationes ſuas, & efficaciam omnem : quare ea deficiente anima ſimul è corpore recedit, ut jam movere ſe, & operari quicquam efficaciter, & corpus dici, vel publi- * § 54.
8. cum quid, omnino nequeat. Manent tamen primæ ante instituta imperia obligationes *, * § 17. n. 1.
quæ & ipſe vim pacti habent. Manente & po-
9. pulo, ut conveniendi de novo Rege, vel aliâ imperii formâ erigendâ jure, ſic in eo conventu interim per ſe negotia publica curandi: Tacite enim placuiſſe populi univerſi ad modum Democratiæ cura cenſeri debet, donec de alia forma expreſſa convenerit. jus enim omnium æquale eſt, & jus omnibus, deficiente communi curatore, res omnes & communes per ſe omnes & communi conſilio procurandi: perſectè Democratia non eſt *, donec pro ea * § 17. n. 6.
imperii forma concluſum non ſit; quare ſtante utcunque decreto ſeu declaratione voluntatis * n. 1. eod.
ſub imperio vivendi *, ſi de forma ejus & modo convenire nequeant, non pars major minorem ſuffragiis, ſed vel minor majorem, ſi fortior, jure naturaliter competente, id eſt viribus vincet *; atque eatenus ſtatus naturalis redit. * § 17. n. 5.
Prima illa, de qua diximus, obligatio manet, quippe quæ inter ipſos ſingulos ſit : altera, ex ſubmiſſione & juris naturalis in gratiam unius Imperantis renunciatione, ſimul cum morte
10. exſpirat. Electores, quibus eligendi jus datum, continuandi interim per ſe imperii jus non habent, quippe eligendi ſolum, non aliud
11. jus iis datum ſit. In regno ſucceſſivo, dum

fœtus in utero ſit,de cujus vita vel ſexu dubitetur, non per modum interregni, ſed quomodo Rege minore regni negotia curanda, dum jus vere ei ſit, qui in utero eſt. At præſcriptione 12.
acquirere Regem à populo, qui non detulit diſponendi per teſtamentum facultatem poſſe, & Populum a rege acquirere jus quoddam delatum circa diſpoſitionem, praxis probavit,
* §93. n.14. juris rationibus fulcita*. Soli autem *Monarchiæ* convenire hic modus relinquendi ab inteſtato, & per teſtamentum, poteſt. In *plu-* 13.
rium enim imperiis, quæ æterna perhibentur,
* §42. *fin.* cum mori Senatus non poſſe dicatur*, huic modo locus eſſe non poteſt: ſinguli moriuntur, & in deficientium ſingulorum locis alii ſinguli ſuccedunt. Deficiente ſine hærede do- 14.
mino, ſervi ſui juris fiunt, ut primævo naturæ ſtatu. à quo ut principium fuit, in eo finis erit.

FINIS.

ERRORES

HOBBESIANI.

Docet nempe Hobbeſius, *jus eſſe homini in ſtatu mere naturali, antequam homines ullis pactis ſeſe adſtinxiſent, facere quæcunque, & in quoslibet: poſſidere, uti, frui omnibus quæ volebat, & poterat* de Cive, *Cap.* 1.*n.* 10.

Vim, dolum, in eo ſtatu, virtutes principales eſſe. Leviat. edit. belgica. *Cap.* 13.*pag.*127.

Itaque jus homini in naturæ ſtatu ſola potentia, cupiditate ſeu appetitu determinat: Vim, dolum licitum eſſe, & poſthabita ratione ſtatum ſingit ante vel extra naturæ legem.

Libertatem naturalem belluinæ æquiparat. de Cive. *Cap.* 7.*n.* 18.

Libertatis naturalis ad ſubjectionem eandem proportionem, atque cupiditatis ad rationem eſſe. d.n. 18.

Sed & juris menſuram utilitatem appellat. de Cive. *Cap.* 1.*n.* 10.

Juſtitiam & injuſtitiam in ſtatu naturæ non dari. Nomina hæc cum imperio, cum pactis, cum lege civili capiſſe. Leviat. *cap.* 13.*p.*127. *cap.* 15.*p.*144.

Injuriam nihil eſſe præter pacti violationem. de Cive. *cag.* 3.*n.* 3.

Inde homini hominem, priuſquam pacta in-

t.rve-

tervenerint, injuriam eſſe non poſſe. de Cive. *d. cap.* 1. *n.* 10. *cap.* 3. *n.* 4. *& addit cap.* 6. *n.* 13. *eod.*

Injuriam dari civi ab imperante non poſſe. de Cive. *cap* 6. *n.* 13. *& addit. cap.* 7. *n.* 14 *cap.* 8. *n.* 7. Leviat. *cap.* 18. *n.* 4. *cap.* 21. *p.* 218. *pr.*

Etiam occidendi jus cuivis eſſe ex ipſo naturæ ſtatu. de Cive *cap* 2. *n.* 18.

Actionem omnem in eodem ſtatu eſſe adiaphoram. de Cive. *cap.* 12. *n.* 1.

Nihil proprium, in eo ſtatu, omnia eſſe omnium, proprietates cum imperio cæpiſſe. de Cive *cap.* 1. *n.* 11. *cap.* 6 *n.* 15. *cap.* 12. *n.* 7. Leviat. *cap.* 13. *p.* 127. *cap.* 15. *p.* 144. *cap.* 18. *n.* 7. *cap.* 24. *p.* 254.

Hinc furtum ante imperia non dari. de Cive, *&* Leviat. *eod.*

Adulteria ex lege civili definiri. de Cive. *cap.* 6. *n.* 16. *cap.* 14. *n.* 9. *cap.* 17. *n.* 10.

Falſi teſtimonii originem cum judiciis publicis cæpiſſe. de Cive *cap* 14. *n* 9.

Boni & mali cognitionem indiſtinctè penes ſolum Imperantem eſſe. Reges quæ imperant, juſta facere imperando; quæ vetant, injuſta vetando. de Cive *cap.* 6. *n.* 9. *cap.* 11. *n.* 6. *fin. cap.* 12. *n.* 1. Leviat. *cap.* 13. *p.* 127. *cap.* 29. *p.* 335. 578.

Impoſſibile eſſe Imperantem lege civili quicquam jubere contra legem naturæ. de Cive *cap.* 14. *n.* 10.

In

In civitate Chriſtiana nullam repugnantiam inter mandata Dei & civitatis eſſe. de Cive. *cap.* 18. *n.* 13. Leviat. *cap.* 43 *p.* 621.

Ipſam legem naturalem pro parte civilis habendam. Leviat. *cap.* 26. *p.* 175. & *p.* 706.

Imperanti ſimpliciter obediendum in materia religionis, & cultus divini, etiam ei qui aliter definitum lege naturali vel divina putet: ſingulis indiſtinctè nullum de religione concedit judicium. de Cive. *cap.* 15. *n.* 18. *cap.* 16. *n.* 18. Leviat. *cap.* 42. *pag.* 512. *cap.* 43. *p.* 620. 621.

Idem cunctis imperatis civilibus deberi. Facere quemquam ſine peccato ſuo poſſe, quod peccatum alterius eſſe putet. de Cive. *cap.* 12. *n.* 12. Leviat. *cap* 42. *p.* 512.

Imperata facere contra conſcientiam peccatum non eſſe Leviat. *cap.* 29. *p.* 335.

Igitur nec hic judicium privatum agnoſcit. ibid.

Pacta, neutro ſtatim quicquam præſtante, fruſtra atque invalida eſſe, ſi ex utravis parte metus oriatur, ut ſi alter impleverit, alter impleturus non ſit. de Cive *cap* 2. *n.* 11. Leviat. *cap.* 14. *p.* 138. *fin. cap.* 20. *p.* 203.

Pacta latroni ſervanda. de Cive *cap.* 2. *n* 16. Leviat. *cap.* 14. *p* 138. *fin. cap.* 20. *p.* 203.

Quod imperii attinet initium, potentiam irreſiſtibilem, jus conferre imperandi, & ſubigendi per vim alios. de Cive. *cap* 1. *n.* 14. *cap* 5. *n.* 12. *confer. cap.* 15. *n.* 5. *eod.*

Domini & Monarchæ inſtitutivi nomina permiſcet. Regem eſſe vocat, dominium in perſonas

mul-

multas: Dominum, in pauciores habere. de Cive. *cap*. 8. *n*. 1.

Servitutem imperata facere.d. n.1. *poſt med*.

Jura omnium & Domini, Deſpotæ, & Monarchæ inſtitutivi (quanquam nomina hæc diverſa, & modos acquirendi diverſos agnoſcat) confundit; & omnium eadem facit. de Cive.*cap*.9. *n*. 10.12. Leviat. *cap*.20. *p*,204. 208.

Matri in liberos imperium naturaliter aſſerit, commune patri negat. Hujus imperium ex pacto cum matre derivat. de Cive. *cap*.9. *n*. 1. 2. 3. 5. 6. Leviat. *cap*. 20. *p*. 205.

Ex eodemque fundamento mariti in uxorem imperium. de Cive. *cap*. 9. *n*. 5.

Tranſlationem juris appellat, ſi quis ſigno declaret, velle ſe, licitum ſibi non amplius eſſe Imperaturo reſiſtere, prout reſiſtere ei antea licebat. de Cive. *cap*. 2. *n*. 4. *cap*. 5. *n*. 11. *poſt med*.

Obedientiam ex pacto de non reſiſtendo derivat. de Cive. *cap*. 5. *n*. 7.

Ariſtocratia ex Democratia originem ducit. de Cive. *cap*. 7. *n*. 8.

De inſtituendo primo imperio congregationem vult Democraticam fuiſſe, in qua major pars minorem vicerit. Leviat. *cap*. 18. *n*. 3. de Cive. *cap*. 7. *n*. 5.

Provincias per præſidem Imperio Monarchico regi. Leviat. *cap*. 19. *p*. 196. 197.

In tranſlatione imperii jus omne tranſiiſſe. de Cive. & *in* Leviat. *paſſim*.

Ius imperanti in perſonam tale eſſe, ut occidere

dere ei ſubjectum ſine injuria liceat. de Cive *cap.* 7. *n.* 14. *cap.* 8. *n.* 7. Leviat. *cap.* 18. *n.* 4. *cap* 21. *p.* 218.

In res æque Regi inſtitutivo ut Herili, jus dominii & proprietatis concedit. de Cive. *cap.* 6. *n.* 15. *cap.* 8. *n.* 5. *cap.* 12. *n.* 7. Leviat. *cap.* 24. *p.* 255 337.

Poſſeſſiones privatorum ex diſtributione imperantium vult profluxiſſe. d. p. 255. *eod.*

Principis reſpectu proprium nihil privatorum eſſe. dd. loc.

Ad pœnæ jus non facere, juris naturalis renunciationem. Leviat. *cap.* 28. *p.* 321.

Paulum Apoſtolum Presbyteros non conſtituiſſe. Leviat.. *cap.* 42. *p.* 547. 548.

Dictum Apoſtoli, Deo magis quam hominibus obediendum, obtinere in Regno Dei naturali negat, Leviat. *cap.* 31. *p.* 383.

Pacto effici non poſſe, ut reſiſtere damnatum ſententiâ Imperanti, vel alii vim corpori inferenti non liceat. de Cive. *cap* 2. *n.* 18. Leviat. *cap.* 14. *pag.* 131. 140. *cap.* 21. *p.* 222. *cap.* 28. *pag.* 321.

Jus regnandi Deo ab Omnipotentia, ſeu potentia irreſiſtibili eſſe, obligationem ad præſtandam obedientiam ei hominibus propter imbecillitatem incumbere. de Cive. *cap.* 16. *n.* 5. 7. Leviat. *cap.* 31. *p.* 372.

Limitari conditionibus imperium non poſſe. Poſitis conditionibus liberare Principem vi imperii ſe iis poſſe de Cive. *cap.* 7. *n.* 7. 8. 9. 11. 12.

E-

Et populum, utcunque poſita ea imperii initio conditione, de negotio communi, convenire non poſſe. cap. 7. *n.* 16. *eod.*

Nec imperantem ad convocandum populum teneri, licet convocare certis temporibus promiſerit. ibid.

Mutare imperanti imperii formam licere. de Cive. *cap.* 7. *n.* 8. 11. 15,

Reges electivos non ſummos, ſed Civitatis miniſtros eſſe. Leviat. *cap.* 19, *p.* 196. 197. 199.

Idem de datis ad tempus affirmat. d. cap. n. 9. 11. *cap.* 7. *n.* 16.

Et de omnibus iis qui ſub conditionibus imperant: Populum nempe ſummum eſſe, Reges hos ſummitatis miniſtros. ibid.

Dividi imperium neutiquam poſſe. de Cive. *cap.* 7. *n.* 4. *& addit. cap.* 12. *n.* 5. Leviat. *cap.* 18. *p.* 185. 186. 338. 343.

Alienare imperium, & pretio & dono dare regem inſtitutivum jure ſuo poſſe. de Cive. *cap.* 7. *n.* 11. *cap.* 9. *n.* 13.

Alienare & populum poſſe, qua imperans eſt. d. cap. 7. *n.* 89.

Idem Senatum poſſe. ibid.

Legem Imperanti dici non poſſe, Ne alienetur. dd. loc.

Principem populo jus nullum reſtituere irrevocabiliter poſſe, cum dividi poſſe neget. ſupra.

Ad transferendum imperium in deſpotam ſuffragia numeranda. Leviat. *cap.* 20. *pr.*

De-

Deſertum imperium rapere ſibi cuilibet licere. de Cive. *cap. 7. n. 16. 18.*

Idem ſi hæres nullus exiſtat. d. cap. 7. eod.

Teſtamento relinquere Regem inſtitutivum, & ad certum terminum, vel ad tempus datum poſſe. de Cive. *cap. 7. n. 15. 16. cap. 9. n. 10. ſeqq.* Leviat. *cap. 19. p. 196. ſeqq. p. 199. ſeqq.*

Errata Typographica.

In Introduct.§.4.n.19.lin.8. poſt verbum, commercii, adde, *cauſa*
In Summariis, §. 20. n.21. internæ, lege, *internè*
In Notis pag. 15. lin.34. quoque, *quoquo*
p. 28. l.32. electo, *electo*
p. 33. l. 6. ad fineem, *fidem*
p. 51. l. 15. promiſſioni, *permiſſioni*
p. 58. l. 30. male, *malè*
p. 62. l. 23. &, *in*
p. 83. l. 21. pr. dele *ad*
l. 24. pr. ſupple, *ad*
p. 88. quale, *qualem*
p. 91. l. 6. quis, *quaſi*
p. 96. l. 30. poſt reſtituere, ſuple, *exiſtimationi*
p. 102. l. 19. nec, *&*
p. 125. l. 24. ad, *ab*
p. 130. l. 32. naturalem, *ritualem*
p. 131. l. 13. dele, *a*
p. 143. l. 16. noſti, *noſtri*
p. 194. l. 2. vere, *vero.* & l. 27. falſo, *falſa*
p. 211. l. 37. &, *e*
p. 200. l. 17. paſſi, *paſſis*
p. 216. l. 25. uramque, *utramque*
p. 229. l. 25. ex, *eſt.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Fasc
84
NAZIONALE
IOTECA CENT